



NO  
eles

518



---

---

AQVINO

aristoteles

---

---

venecia

• 1565 • 1566 • 1548 •



# S. THOMAE AQVINATIS

Commentaria quæ extant, in eos,

QVI

## PARVA NATURALIA ARISTOTELIS

dicuntur libros, diligentissime castigata: duplici nuper textus  
tratione, antiqua videlicet recognita, & noua  
Nicolai Leonici apposita:

## PETRI ITEM DE ALVERNIA ORDINIS PRÆDicatorVM

in quosdam huius operis à diuo Thoma inexpositos libros refertissima  
expositio, ab innumeris erroribus denuo expurgata:

*Libelli etiam duo sancti Thomæ ex volumine Opusculorum eiusdem excerpti, alter de Motu Cordis;  
alter vero De Lumine, ad hanc Philosophiæ partem spectantes,  
his nuper additi sunt:*

Duo item Indices appositi sunt, alter Librorum ac Lectionum summas continens,  
alter totius operis scitu digna demonstrans.

*Libri in toto opere contenti, versa pagina conspiciuntur.*



Venetis apud Hieronymum Scottum

M D L X V I.



Libri a D. Thoma expositi qui in hoc volumine continentur.

De Sensu & Sensato.	folio 1
De Memoria & Reminiscencia.	47
De Somno & Vigilia.	63
De Somniis.	75
De Diuinatione per somnum.	84
Pars libri de Motu animalium.	89
De Motu cordis.	163
De Lumine.	165

} Opuscula.

Libri a Petro Aluerniate expositi.

Reliqua pars libri de Motu animalium.	93
De Longitudine & Breuitate vitæ.	112
De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione.	122
Libri de Sanitate & Morbo initium in expositum.	162

Summarum librorum ac lectionum, et omnium in hoc volumine notabilium dictorum duo indices.



SUMMARVM LIBRORVM, AC OMNIUM  
LECTIONVM, QVÆ IN QVOVIS  
huius voluminis Paruorum Naturalium libro continentur.



Summa libri de Sensu & Sensato.

De quinque Sensuum Viribus, de ipsorum singulis Instru-  
mentis; de sensibilibus item secundum unumquemque sensum  
Generatione, Speciebus ac natura cum ex antiquorum, tum  
ex propria opinione tractatur. fol. 1.



Leçtio prima. Totius naturalis phi-  
losophiæ in partes formales diuisio:  
quæ item ac quid sint ea, quæ ad hæc  
pertineant partem definitur.

Leçtio secunda. Qui nam sensuum  
in perfectis ac imperfectis animalibus  
insint: auditus item ac visus ad  
inuicem conferuntur.

Leçtio tertia. Antiquorum de sensuum organo elemen-  
tis attributis narratur opinio, ea præsertim nonnullorum qui  
visum igni simpliciter attribuisse rationibus efficacissimis  
visi sunt: quomodoque visio fiat ex multorum sententia ex-  
quisitè exponitur.

Leçtio quarta. Visum aquæ esse ex Democriti sententia  
ostenditur, visionem vero apparitionem esse, aut extramit-  
tendo fieri nequaquam acceptum esse dicitur.

Leçtio quinta. Sensuum singulorum organa ex quibus  
nam elementis consistunt, quæ item corporis animalium par-  
te ut in loco situentur docetur.

Leçtio sexta. Sensibilibus doctrinam aggreditur, Lumi-  
nis item ac perspicui naturam explicans, coloris perfectam  
rationem deducit.

Leçtio septima. Coloris in extremos ac medios partitio,  
ipsorumque duplex generationis ac mixtionis modus assi-  
gnatur.

Leçtio octaua. Ipsa mediolorum colorum generatio ex cõi ac  
propria corporum mixtione insinuat: cur item & quomodo  
multiplicentur ipsi mediolorum colores differitur.

Leçtio nona. De sapore, & odore prius tractandum es-  
se, & prius de sapore de cuius natura tres antiquorum ve-  
relluntur sententiæ, propriæque ac vera traditur.

Leçtio decima. Propria ac vera generationis saporum  
causa, ex cuius ratione, eius probata deducitur definitio.

Leçtio undecima. Medij saporis, quorum triplex assi-  
gnatur distinctio, quomodo generentur, sensibilia item tan-  
gibilia, ac communia sensibilia opinantes rationibus con-  
futantur.

Leçtio duodecima. A quo nam odor generari aptus na-  
tus sit, & in quo aeri & aquæ commune suscipiatur.

Leçtio tertiadecima. Quædam odoris species diuersos  
consequentes saporis declarantur, modusque quo tam ab ho-  
mine, quam alijs animalibus per respirationem percipiuntur

ostenditur.  
Leçtio quartadecima. Quomodo animalia non respi-  
rantia odorant: odoratum item medium esse sensum induci-  
tur. animalia quoque odore non nutriri contra Pythagoricos  
ostenditur.

Leçtio xv. Difficultatis solutio, an qualitates sensibiles  
in infinitum diuidantur: cur item sensibilibus finitæ sunt spe-  
cies præmonstratur.

Leçtio xvi. Quæstionis dilutio, an sensibilia prius me-  
dium, quam sensum immutent.

Leçtio xvii. Examinatur difficultas, an contingat duos  
sensus simul sentire in eodem, & in indiuisibili tẽpore, duæque  
ad partem falsam rationes asseruntur.

Leçtio xviii. Altera ad idẽ apparens redditur ratio,  
in qua de temporis sensibilitate agitur: & quod sensibile  
omne diuisibile sit, ostenditur.

Leçtio xix. Vera prædictæ difficultatis solutio, quomodo  
videlicet anima, seu illius pars sentit simul diuersa sen-  
sibilia modis duobus: quomodo item sensibile omne quan-  
tum est ostenditur: dicta quoque dicendis copulantur.

Summa libri de Memoria & Reminiscencia.

De Memoria & Reminiscencia, Memorari & Remini-  
sci natura ac diuersitate. Quæ item memorari vel remini-  
sci dicamur, Quomodo aliqui alijs magis memoria valeant  
ostenditur. fol. 47.

Leçtio prima. Quæ nam dicenda sint. Ex ijs demum  
quorum memoria esse dicitur, memoria deduci-  
tur, definitio.

Leçtio secunda. Quomodo memoria ad partem intel-  
lectiuam & sensitiuam spectet signis duobus ostenditur.

Leçtio iii. Dubitationis solutio, ex qua quomodo rei ab-  
sentis fiat memoria: qui item memores esse dicuntur, ac ip-  
sius memoria definitio deducitur.

Leçtio iiii. Quid sit ipsum reminisci, quod neque me-  
morari, aut de nouo addiscere sit concluditur.

Leçtio v. Causa reminiscendi proponitur, modus quoque  
quo reminiscimur: cur item que procul sunt magis, quam ea,  
quæ prope memoremur exponitur.

Leçtio vi. Reminisci & addiscere, seu iterum inuenire  
quomodo differant: quodque, & cur reminiscendum a princi-  
pio incipere oporteat, ostenditur.

Leçtio vii. Memoria ac reminiscencia tempus ipsam quo-  
modo respicere habeant.

Leçtio viii. Reminiscencia ac memoria alia differencia,  
ex qua illam passionem esse corpoream multipliciter osten-  
ditur.



Summa libri de Somno & Vigilia.

Somni ac Vigiliae natura quibus nam animalibus, & quando insint, & in qua parte fieri habeant declarantur. 63.

Leccio prima. Quenam de Somno ac Vigilia consideranda, quodque coniuncti passiones sint proponitur. 63.

Leccio II. Duae afferuntur conclusiones, altera est, nulli animali semper inesse vigiliam: altera vero, omni animali penes somnum & vigiliam inesse. 64.

Leccio III. Cuiusnam sensus Somnus, & Vigilia passio sit ostenditur. 66.

Leccio IIII. Somni ac Vigiliae causa quaedam enumerantur. 68.

Leccio V. Quibusdam suppositis uera Somni ac Vigiliae efficiens causa assignatur, & signis nonnullis comprobatur: somni item concluditur definitio. 70.

Leccio VI. Soluitur dubitatio quoniam pacto somnus in frigidatio sit, cum causa multae eum producentes sint calidae, vigiliae demum cause efficientes exquiruntur. 73.

De Somniis.

Leccio prima. Cuiusnam partis anime sit somnium, quod non esse sentientis simpliciter, nec opmantis, nec intelligentis, sed sentientis, ut imaginantis dicitur. 75.

Leccio II. Passiones que sunt a sensibilibus in ipsis sensibilibus, etiam eis absentibus aliquo modo immanere. 77.

Leccio III. Sensum non semper pati, sed agere quandoque ostenditur: quomodo item & cur sensus ipse decipiat, manifestum fit. 78.

Leccio IIII. Motus seu simulacra, que a sensibilibus sunt non tantum in vigilia, sed etiam in somno apparere dicuntur. 80.

Leccio V. Quorundam, que in somno accidunt redditur causa. 83.

De Diuinatione per Somnum.

Leccio prima. Diuinationis causam dubiam esse dicitur: somnia item alia causas, alia signa, alia vero eorum que sunt accidentia quod sint probatur: quod somnia item a Deo non mittantur: & cur aliqua denominantur somnia, aliqua vero non. fol. 84.

Leccio II. Qui nam sint recte somniantes, & qui, & qui nam sint somniorum interpretes. 87.

De Animalium Motu.

Leccio prima. De animalium motus causa agendum esse dicitur: quod animalis item quod mouetur necessarium sit unam partem quiescere, & in ipso aliquod esse, ad quod innisum moueatur multipliciter probatur. 89.

Leccio II. Dubitatio an Caelum a motore corporeo moueatur nec no, & an eius sit pars ex aliorum erroribus dissentitur. 93.

Leccio III. Ex proposito dubitationis solutione deducitur, que sint ea, in quorum motu motorem alicui rei inniti necesse sit, que vero non, tam animatis, quam inanmatis, & in alijs etiam motibus a locali quid dicendum sit aperitur. 96.

Leccio IIII. Quorumcunque animalium que nam sint in ipsis principia tum prima, tum instrumentalia motus, ac quietis ostenditur. 98.

Leccio V. Quo pacto animal per intrinseca principia, & principales causas moueatur intellectum, scilicet practicum & speculatiuum aperitur. 100.

Leccio VI. De causis motus animalium instrumentarijs, quomodo videlicet primum mouens organice a primo & principali mouete moueatur ex artificialibus ostenditur. 102.

Leccio VII. Mouens primum ac principale in animalibus quod sit, & in qua corporis parte situm habeat declaratur. 105.

Leccio VIII. Prater principale mouens in animalibus quod oporteat esse mouens organice. & quod sit, & in qua corporis sit parte ostenditur. 107.

Leccio IX. Comparatio animalis in sui ipsius motibus ad ciuitatem recte legibus institutam. 109.

Leccio X. De motibus quorundam partium in ipso animali, tum inuoluntarijs, tum non voluntarijs. 109.

Summa libri de Longitudine & Breuitate vite.

Quenam animalium breuis ac longioris esse vite dicantur: cause item cum apparentes, tum vere inuestigantur, que cunctis viuicibus vitam breuem aut longam prebent. 112.

Leccio prima. De quo agendum sit: item animalium alia longae, alia breuis esse vite, & qua de causa alia breuis, alia longioris vite fieri dicuntur: et cur reru alia que facilijs, aliaque uero difficilij sint corruptionis. fol. 112.

Leccio II. Non ex multis, que uideri possent assumendas esse causas longitudinis, & breuitatis vite, sed ex alijs, quas ueras esse causas constat: queque exactissime declarantur, in animalibus scilicet. 116.

Summa libri de Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione.

De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, Inspiratione & Respiratione, quibus animalium uita consistere, ac diuersificari dicitur causis, & nature ipsorum modis, tum ex propria, tum ex alioru sententis exquisita tractatur. 122.

Leccio prima. Viuentium omnium unam eandemque numero esse partem, qua uiuunt, ipso uero esse plures & diuersas, eaque in medio esse. 122.

Leccio secunda. Ex ipsa animalium diuisione, & plantis partem eam, qua animalia uiuunt, in medio esse, manifestum fit. 126.

Leccio tertia. Ex generatione animalium & plantarum, quod pars illa, qua uiuunt quodcunque animal, sit in ipsorum medio declaratur. 128.

Leccio quarta. In corde omnium uiuentium caliditatem ad illorum uitam necessariam inesse: que quomodo corrumpatur ostenditur. 130.

Leccio V. Quomodo in omnibus uiuentibus calidum, quo uiuunt, per refrigerationem saluari oporteat: & quomodo hac in cunctis refrigeratio fiat, ostenditur. 132.

Leccio VI. Que de Respiratione dicenda sunt proponuntur: que item animalia respirent, et que non declaratur. 133.

Leccio VII. Anaxagora, ac Diogenis reprobatum opinio, qua omnia respirare asseriebant, ut in piscium respiratione intueri ipsorum sententium licet. 135.

Leccio

Leccio VIII. Democriti de Respiratione placitum multipliciter destruitur. 137.

Leccio IX. Platonis de Respiratione decretum, & ipsius improbatio. 139.

Leccio X. Empedoclis de Respiratione sententia, & ipsius redargutio. 141.

Leccio XI. Quaedam prius dicta repetuntur, quibus quomodo in animalibus uita breuioris refrigeratio fiat, manifestum fit. 143.

Leccio XII. Que nam sit refrigerationis causa in his que longa uita sunt: quorundam demum dictorum de Respiratione redditur ratio. 145.

Leccio XIII. Que nam animalia respirent, & que non, & de respirationis & refrigerationis organo agitur, Pulmone scilicet & branchijs: que non omni animali inesse ostenduntur. 146.

Leccio XIII. Soluitur dubitatio, scilicet propter quid quaedam aquatilia pulmonem habentium refrigerentur, & alimentum capiant. 149.

Leccio XV. propter quid nonnulla animalia pulmonem habere dicantur. 150.

Leccio XVI. Propter quid habentia pulmonem habentem multum sanguinem maxime respirant, ad refrigerationem item in frigidationem sequi dicitur: modus etiam ponitur in frigidationis in pulmone carentibus, & differentia respirantium a non respirantibus. 153.

Leccio XVII. De causis uite ac mortis tam uolentis, quam naturalis, earumque definitiones. Iuuentutis item & Senectutis atque uigoris. 155.

Leccio XVIII. De Saltu, Pulsu, ac Respiratione cordi accidentibus manifestis multa dicuntur. 158.

Libri de Sanitate & Morbo initium. fol. 162.

De Motu cordis.

An Naturalis uel uolentis eius sit motus ex aliorum sententis inquiruntur, hinc determinata ueritate, diluuntur que contra ipsam apparenter adducta fuerunt argumenta. 163.

De Natura luminis.

De Luminis natura, & eius necessitate ad uidentium deque natura Dyasani. fol. 165.

INDEX NOTABILIVM

dictorum, que in hoc Paruorum Naturalium opere continentur.



Aequatio duplex. fol. 94.b  
Aer est subtilior aqua. 21.b  
Agentia contraria si fuerint omnino equalia secundum suas uirtutes, secundum quas agunt & patiuntur, impossibile est quod unum in alterum agat. 94.b

Anima non cognoscit magnitudinem se extendendo. 59.b  
Anima uelocitatis operatur magis in dormiendo quam in uigilando. 66.b

Anima quomodo sit tota in toto corpore et tota in qualibet parte: & quomodo sit in principali parte animalis. 99.b

Animalia imperfecta habent phantasiam, concupiscentiam, gaudium, & tristitiam: sed non in aliqua corporis parte determinata. 2.b

Animam esse collocatam in corde quis sensus. 154.a

Animalibus, dupliciter aliquod sensibile est necessarium. 4.b

Animalibus quam primum habet sensum necesse est ipsum augeri & nutriri. 70.b

Animalia insunt partes proportionales eis que concurrunt ad motum currus. 102.b

Animalia multum coitua & multi spermatis sunt breuioris uite, & citius senescunt. 119.a

Animalibus penitus sanguine carentibus quomodo fiat insfrigidatio sufficiens a continente. 144.b

Animalia entoma omnia sunt sine sanguine. 145.a

Animalia entoma quomodo insfrigidantur, & respirent, & inspiuent. 146.b

Animalia cum mouentur propter defectum insfrigidationis suffocari dicuntur. 146.a

Animalium in aqua habitantium plus possunt uiuere in aere que sanguinem non habent, quam que sanguinem habent. 146.b

Animalia respirantia que sunt, & quo modo insfrigidantur. 147.a

Animalia habentia pulmonem que sint. 147.b

Animalia aquatilia respiratione uentia que sint. ibid.

Animalia branchias habentia que sint. ibid.

Animalia honorabiliora & perfectiora maiorem habent caliditatem. 151.

Animalia honorabiliora & perfectiora pulmonem habent. ibid.

Animalia quaedam uiuunt ablato corde. 156.a

Animalia, que possunt tempus sentire, sola memorantur. 49.a

Animalia quaedam non percipiunt nisi presens sensibile. 51.a

Animata tantum, in motu suo habent in seipsis aliquid quietis. 96.b

Appetitus quomodo sit uelima & proxima causa motus animalis. 102.a

Appetitus duplex. ibid.

Aqua est subtilissima omnium humorum, non autem humidiorum. 21.b. 22.a

Aurum est ponderosius ceteris metallis, quia terrestris. 28.b

Omnia uniuersale non mouet, sed particularia. fol. 99.b

Bonum quod mouet non semper est bonum secundum ueritatem, sed sufficit esse bonum apprehensum apprens. ibid.

Calidum generat & mouet odores & sapores. 28.b

Calidum naturale quotupliciter corrumpatur. 131.b

Calidum naturale saluari oportet per refrigerationem. 132.b

Calidum sine humido stare non potest. 117.b

Caliditatis est extedere, frigiditatis uero condensare. 104.b

Cause naturales, ut frequenter causant effectus suos, & non necessario. 106.b

Caelum qua impossibilitate sit impossibile corrumpi. 95.b

Caelum moueri ab aliquo quod sit intra ipsum est impossibile. 96.a

Caelum non firmatur in terra in mouendo. ibid.

Cerebrum est frigidius & humidius inter omnes partes corporis. 13.a. 74.a

Color est extremitas perspicui in corpore terminato. 16.a

Color non est extremitas corporis, ut Pythagorici posuerunt. 15.a

Colorum differentia causantur ex lumine. 16.a

Colores medij quomodo generentur. 16.b

Con-

Consuetudo est sicut natura.	59.a	<b>I</b> gnis tres sunt species secundum Platonem.	fol. 8.a
Consuetudo licet imitetur naturam, tamen deficit ab eius firmitate.	59.b	Ignis est nobilissimus elementorum.	22.b
Contingens ad utrumlibet quid.	87.a	Ignis quomodo conseruetur in cineribus.	132.b
Continui diuisio duplex.	35.b	Impossibile multipliciter.	95.b
Continuum non potest moueri secundum unam partem alia non mota, nisi soluaturs continuitas.	97.a	Incorruptibile dicitur aut quod omnino non potest corrumpi: aut quod non de facili.	115.a
Continuus cooperatur rei, vel contraoperatur.	116.a	Infrigidatio eodem modo fit in piscibus & in habentibus pulmonem.	161.b
Contraria simul recipiuntur in intellectu & in sensu, non autem in corporibus.	47.a	Inanimata tota sunt continua & eiusdem naturae in toto & in parte.	97.a
Contrarium cum a suo contrario circumdatur vnitur in se ipsum & fortificatur.	158.b	Intellectus practici & speculatiui similitudo & differentia.	100.b
Contingit & separari est proprie corporum.	11.a	<b>L</b> abor habet exiccare.	fol. 119.a
Cor est calidissimum inter omnes partes corporis.	13.a	Labor & exercitiu quibus proficit & quibus no. ibid.	
Cor est principium spiritus.	69.b	Longioris vitae sunt gressibilia aquatilibus.	120.a
Cor est principium in animali.	103.b	Longioris vitae naturaliter, & vt vniuersaliter dicitur, sunt masculi quam femelle.	119.a
Corde alterato ad caliditatem vel frigiditatem, magna & multa fit diuersitas in partibus exterioribus.	ibid.	Longioris vitae sunt quedam plantae quibusdam animalibus.	120.b
Corde accidentia quae sint.	158.a	Longam vitam habentia vt in pluribus quae sint.	117.a
Corde motus a quibus fiat principaliter etiam per se.	159.b	Longitudinis & breuitatis vitae prima & vniuersalis causa ex quibus colligatur.	117.b
Corpus se offerens visui dupliciter consideratur.	19.a	Lumen caret contrario.	38.a
Corpora agunt secundum qualitates suas.	23.b	Lumen est color perspicui secundum accidens.	14.a
Corporum dyasporum & lucidorum permixtio est causa permixtionis mediorum colorum, & multitudinis eorum.	20.a	Lux est proprius actus perspicui in quantum hmoi.	16.a
Corpus mathematicum est diuisibile in infinitu & cur.	36.a	<b>M</b> asculus est calidior femella in eadem specie.	fol. 119.b
Corpus alteratur ad caliditatem et frigiditatem per sensum & phantasiam & intellectum.	103.a	Masculus & femella quo dicatur in platis.	122.a
<b>D</b> eleabilia & triustabilia ferè omnia sunt cum caliditate & frigiditate.	104.a	Masculi sunt magis nani quam femellae.	122.b
Demon est nomen coe omnibus intelligentijs.	63.b	Materialia quare sint in continuo motu & transmutatione.	116.a
Diuinitas quid.	84.b	Magnitudo quilibet secundum se est visibilis.	34.b
Diuinitas quae in somnis fit neque est contemnenda, neque omnino suadenda.	ibid.	Medium gustus & tactus est caro.	13.a
Dormientes quare aliquando faciunt opera vigilantium.	fol. 70.a	Memoria est praeuitorum, spes autem futurorum.	48.b
Dulci nutriuntur omnia.	24.b	Memoria omnis est cum aliquo medio inter ipsam & priorem apprehensionem.	49.a
Dulcia nimis sunt repletiua propter sui lenitatem.	ibid.	Memoria est intellectiua partis animae per accidens, per se autem primi sensitiui.	50.b
<b>E</b> ffectus procedens a causa naturali vt frequenter, quare dicatur ad utrumlibet.	87.a	Memoria respicit intentionem, imaginatio vero formam per sensum apprehensam.	53.b
Elementorum proprietates quae sint.	22.b	Memoria per frequentes meditationes eorum quae sensibus aut intellectibus conseruatur.	54.a
Elementa simplicia non nutriunt.	33.b	Memoria est habitualis quaedam conseruatio phantasmatis representantis aliquid prius apprehensum.	54.b
Elementa sunt causa corruptionis.	114.a	Memorari & reminisci quid.	48.a
<b>F</b> amosum impossibile est esse falsum secundum totum.	84.b	Memorari proprie quid fit.	53.b
Fantasmata ad quod deseruiant intellectui.	1.b	Memorabile habitus ex frequenti actu memorandi confirmatur.	53.b
Fantasmata rerum absentium quare magis appareant dormiendo quam vigilando.	88.a	Memorabilia sunt magis, quae sunt grossa et sensibilia.	51.a.b
Fantasia quid fit.	77.a	Mixtum non est aliquid eorum quae comiscetur.	41.a
Fantasia communi nominatur intellectus.	99.a	Moribus caducus quomodo causetur.	72.a
Finis est optimum in vnoquoque.	69.a	Mortis naturalis & violentae definitiones.	157.b
Forma substantialis non percipitur sensu, sed intellectu.	23.a	Mortis causa in animalibus quae fit.	156.a
Formae substantiales sunt principia qualitatum & aliorum accidentium.	39.a	Mors non est eiusdem rationis in animalibus perfectis & imperfectis.	155.b
<b>H</b> omo habet cerebrum maius secundum quantitatem sui corporis ceteris animalibus.	fol. 20.b	Mors & generatio cois est omnibus animalibus.	155.a
Homo est longioris vitae secundum totam speciem suam quam animali alterius speciei.	113.b	Motus quo modo consideretur in libro de Anima, in libro de Progressu animalium, & in Libro de Motibus animalium.	98.b
Hominum quare aliqui in eadem specie sunt longioris vitae, alij breuiores.	ibid.	Motus qui fit per medium causans visionem non est localis sed alterationis.	11.a
Homines longioris & breuiores vitae quae sint.	ibid.	Motus unde accipiat vniuersalitate & sempiternitate.	99.b
Humidum est nobilius inter qualitates passiuas.	22.b	Motus localis secundum substantiam & perfectionem est prior omnium motuum qui sunt in animali.	100.a
Humidum est subiectum proprium calidi.	117.b		

Motus processiuus est compositus ex motu pulsus, & tra-	91.b	<b>P</b> alpebrae quare quibusdam animalibus insunt & quibusdam non.	fol. 32.b
Motus partiu aialis progressiuus est quasi circularis.	ibid.	Passiones corporis animati diuersificantur secundum diuersos gradus viuendum.	112.b
Mota vna parte oportet alia quiescere quis sensus.	ibid.	Perspicuum est, quod est qualitercunque lucis susceptiuum.	
Motum vnum esse a duobus motoribus per se non ordinatis est impossibile.	92.b	Pisces omnes sunt sine pedibus.	147.b
Motus in animali fit per alterationem factam a primo sensitiuo.	106.b	Plantis quare natura non dedit sensum.	66.b
Motus, qui sunt in animali, comparantur motibus, qui sunt in ciuitate a Monarcha.	109.b	Potentia inferior ad superiorem comparatur per modum instrumenti.	50.a
Motus voluntarij & inuoluntarij qui sint.	110.a	Pueri & senes sunt immemores.	52.a
Motori caeli quod assignatur oportet esse substantiam.	93.b	Pulmo in respirantibus, & branchis in piscibus quae sint.	148.a
Mota maxime motu inuoluntario fiunt cor et genitalia.	110.b	Pulmo quomodo habeat colligationem ad cor.	153.b
Mouentia animal motu voluntario & per modum inclinatis quae sint.	99.a	Pulmonis figura quae fit.	160.b
Mouens & motum non possunt esse continua.	91.a	Pupilla oculi est sicut lampas ab exteriori lumine illuminata.	12.a
Moueri animal non potest nisi sit extra ipsum aliquid quiescens & immobile.	92.a	Pulsus motus quare fortior sit in iuuenibus, quam in senioribus.	160.a
Mouens principale animalis in qua parte determinata sit corporis.	108.a.b	Putrefactio quomodo causetur.	118.a
Mouens organicum in animalibus est spiritus.	108.a	<b>R</b> eminiscentia non est resumptio memoriae.	fol. 55.a
Mulier patiens menstruum si speculum inspiciat, apparebit nubes sanguinea in superficie ipsius speculi.	79.a	Reminiscentia est quidam motus ad memorandam.	57.b
<b>N</b> utriimenti susceptibilia quae sint.	71.a	Reminiscentur magis ea quae sunt bene ordinata.	57.a
<b>N</b> utriimenti duplicem oppositionem habent.	fol. 42.b	Reminiscenti & memorandi bene, documenta.	57.b
<b>N</b> utritio logius distanditur quae suauis euaporatio.	12.b	Reminiscentem ab vniuersali principio oportet incipere.	ibid.
<b>O</b> dor quomodo fit fumalis euaporatio.	ibid.	Reminiscenti conuenit solis hominibus.	61.b
Odor non est fumalis euaporatio.	28.b	Reminiscentia est passio corporea.	ibid.
Odor est passio quedam nutritiua sicut & sapor.	29.b	Reminiscentia ex duplici dispositione corporali impeditur.	62.b
Odoris susceptiuum quomodo sit perspicuum.	27.b	Respiratio ad quid data sit animali.	69.b
Odor est natura quaedam ab enchimo sicco impressa.	ibid.	Respiratio congruit naturae propter duo.	31.b
Odorabilia sunt enchima, achima vero minime.	28.a	Respiratio & inspiratio sunt principales cause moriendi & viuendi.	140.a
Odorem alimenti percipiunt animalia progressiua, non autem immobilia.	29.b	Respiratio maxime necessaria est in habentibus pulmonem multi sanguinis.	161.a
Odores debito modo adhibiti ad sanitatem conferunt.	30.b	<b>S</b> anguis est primum nutrimentum cuiuslibet animali habenti sanguinem, non habentibus vero aliquid proportionale.	fol. 70.b
Odores pessimos quomodo fugiant animalia bruta.	33.a	Sanguis est calidus & humidus.	120.b
Odorabile secundum se delectabile vel contristabile est proprium hominis.	30.b	Sanguis est vltimum alimentum, ex quo sunt partes animalium.	144.a
Odoratio in habentibus sanguinem fit per respirationem.	31.a	Saporum mediorum nomina & differentia quae sint.	25.a
Odoratus duplex.	12.a	Sapor quid sit.	23.b
Oleum quamuis supernatet alijs humoribus, non tamen est subtilius.	22.a	Sapores medij quomodo generentur.	25.a.b
Operationes vnius non potest esse nisi vnum organum.	148.a	Sapor & odor habentur per frigus & congelationem.	29.a
Opinio antiquorum philosophorum circa generationem saporum.	31.a	Saporum genera manifestiora sunt nobis quam odorij.	20.b
Opinio Stoicorum quod corpora in quantum corpora agant secundum seipsa.	23.b	Sapores medij generantur ex commixtione dulcis, & amarum.	25.a
Opinio antiquorum Philosophorum omnia sensibilia esse tabilia.	26.a	Scientia potest esse futurorum contingentium secundum quod sunt in causis suis: non autem vt futura sunt.	48.b
Opinio ponentium memoriam in parte intellectiua.	51.a	Scientia eadem quare subiectum & per se passiones illius subiecti consideret.	112.a
Opinio Pythagoricorum quod animalia nutriantur odoribus.	33.b	Sensus quo ab intellectu differat & ratione.	2.b
Opinio dicentium caelum moueri ab immobili corporeo.	93.b	Sensus tactus certissimus est in hominibus praeter ceteris animalibus.	20.b
Opinio dicentium caelum moueri firmatum super terram.	fol. 94.a	Sensus olfactus in hominibus peior est.	ibid.
Opinio Democriti circa somnia.	87.b	Sensus exteriores tantum praesentia cognoscunt.	7.a
Opinio Platonis circa respirationem.	39.a	Sensus cois est radix phantasiae & memoriae.	50.b
Opinio Empedoclis circa respirationem.	141.a	Sensuum propriorum operationes referuntur ad sensum communem sicut ad primum et commune principium.	46.a
Opinio Empedoclis, quod animalia aquatica sint calidissima.	151.b	Sensus in actu retinet virtutem sensibilibus.	103.a
Organum visus est aequum.	11.b	Sensus quare aliquando quiescente sensibili operetur.	78.a
Organum gustus & tactus sunt terrea.	13.a	Sensus non solum patitur aliquid, sed aliquo modo agit.	79.a
Organum gustus & tactus sunt iuxta cor.	ibid.	Sensus quomodo decipiatur.	80.b
Organum odoratus est in loco qui est circa cerebrum.	12.b	Sensus communis vtitur sensibus particularibus vt organis,	

Sensuum exteriorum alterationes terminantur ad cor. 111.4	Somnio, aliquando complentur operationes inceptae in vigilia. 86.4
Sensitiva virtus, quanto excellentior est, tanto minorem immutationem organi a sensibili percipit. 88.4	Somniare multum unde procedat. 87.4
Sensitiva pars in homine est nobilior & virtuosior quam in ceteris animalibus. 63.4	Somnium non fit ab omni simulacro, sed sensibili. 84.4
Sensitiva virtus, & operatio se invicem consequuntur. 45.4	Somnium non accidit aliquibus in tota vita sua. 81.4
Sensitiva aliquid quocumque contingat. 43.4	Somnia quare aliquando sint monstruosa & mala. 81.4
Semenis, & menstrui eadem est natura. 79.4	Somnia aliqua sunt signa futurorum. 86.4
Seneſtus frigida & sicca est, juvenis vero calida, & humida. 117.4	Somnia, ut in pluribus sunt accidentia eorum quae sunt. 86.4
Seneſtus ex exiccatione cauſatur. 118.4	Somnia pro minori parte eueniunt. 86.4
Seneſtare parvis exiſtentibus paſſionibus moriatur. 156.4	De ſomniis bene provident & conieſtantur extatici, & melancholici. 88.4
Syllogismi practici conclusio est operatio, quis sensus. 101.4	Somnia verum absentium quare magis in nocte quam in die apparent. 88.4
Simulacra quomodo appareant in ſomniis. 81.4	De ſomniis bene diuinant qui ex facilitate natura ſimilitudines rerum inſpiciunt. 89.4
Simulacrorum non apparitio in ſomniis unde cauſetur. 81.4	Species intelligibiles non ponit in intellectu niſi dum actu intelligit. & Arist. & rationi repugnat. 50.4
Simulacra intelligibilia, quae in ſomniis apparent ſine fauſtinate non ſunt ſomnia, ſed viſiones. 84.4	Sperma eſt ſuperfluum tertie digeſtionis, & quomodo cauſetur. 119.4
Simulacra ſigna futurae aegritudinis & ſanitatſ quare tantum in ſomniis appareant. 85.4	Erra pura non habet ſaporem. 21.4
Somnus eſt impotentia ſenſus propter exceſſum vigilandi. 65.4	Terra diuerſitas cauſat ſaporum diuerſitatem in aquis. 103.4
Somnus & vigilia inſunt omni animali & ſoli. 63.4	Timoris cauſa quae ſit. 158.4
Somnus & vigilia nulli animali ſemper ineſt. 65.4	Timore moriuntur aliquando animalia. 158.4
Somnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus communis. 66.4	Veneſ ad quid data ſunt a natura. 70.4
Somnus eſt immobilitas ſenſus & vinculum eius. 65.4	Venarum principium eſt a corde, & ab eo ortum habent. 71.4
Somnus non eſt forma, ſed priuatio. 68.4	Vigilia quomodo cauſetur. 74.4
Somnus neceſſarius eſt propter ſalutem animalis. 68.4	Virtus quanto eſt vniuerſalior tanto eſt efficacior in cognoscendo. 5.4
Somnus licet ſit quies virtutum: eſt tamē magis labor virtutum naturalium. 68.4	Virtus naturalis & animalis quae ſunt. 69.4
Somni ſinit ad eſſe & ad bene eſſe animalis quis ſit. 69.4	Viſionem ſit extramittendo, ut Plato & Democritus poſuerunt. 10.4
Somni cauſa materialis quae ſit. 69.4	Viſioni non ſolum requiritur lumen exterius, ſed etiam interius. 11.4
Somnus quomodo cauſetur. 71.4	Vita ſtat per calidum & humidum. 113.4
Somnus quare ſit multus in pueris. 72.4	Vientia omnia habere caliditatem naturalem eſt neceſſarium. 131.4
Somnus longus a quibus cibis maxime cauſetur. 71.4	Vientia prius inſpirant quam reſpirent. 140.4
Somni amatores qui ſunt. 72.4	
Somnium quomodo cauſetur. 76.4	
Somnia ſunt ſigna, cauſa, et accidentia eorum quae ſunt. 85.4	
Somnia aliquando ſunt ſigna aegritudinum futurarum. 85.4	

Indicis totius operis finis.

ARISTOTELIS  
STAGIRITAE,  
PRIPATETICORVM PRINCIPIS,  
DE SENSU ET SENSATO:

Cum Diui Thomae Aquinatis praeclearissima expositione.

SUMMA LIBRI.

De Quinque sensuum Viribus. De ipsorum singulis Instrumentis. De sensibili item secundum unumquemque sensum generatione, speciebus, ac natura, cum ex Antiquorum, tum ex propria opinione tractatur.

LECTIO PRIMA.

Totius naturalis Philosophiae in partes formales diuisio. Quae item, ac quid sint ea, quae ad hanc pertineant partem definiuntur.

Nicolai Leonici interpretatio.



VONIAM de anima per se, nec non de potestatibus singulis, quae per partes illi insunt, pertractatum est prius, proximum est de Animalibus perſcrutari, & de ijs quae vitam habent omnibus, quoniam propria, & quae communia illorum sunt opera. Quae igitur dicta sunt de anima supponantur. de reliquis vero dicamus, & de primis prius.

Antiqua translatio.



VONIAM autem de anima secundum seipsam determinatum est, & de virtutum qualibet, ex parte ipsius, consequens est facere considerationem de animalibus & vitam habentibus omnibus, quae sunt propria, & quae communes operationes eorum. Quae igitur dicta sunt de anima subiciantur. De reliquis autem dicamus, & primum de primis.

Sicut philosophus dicit in tertio de Anima, sicut separabiles sunt res a materia, & sic quae circa intellectum sunt. Vnumquodque, in quantum est intelligibile, in quantum est, a materia separabile. Unde ea, quae sunt secundum naturam a materia separata, sunt secundum seipsa intelligibilia actu. quae vero a nobis a materialibus conditionibus sunt abstracta, sunt intelligibilia actu per lumen nostri intellectus agentis. Et, quia habitus alicuius potentiae distinguuntur specie secundum differentiam eius, quod est per se obiectum potentiae, necesse est quod habitus scientiarum, quibus intellectus proficitur, et distinguantur secundum differentiam separationis a materia. & ideo philol. in 6. Meta. distinguit genera scientiarum secundum diuersum modum separationis a materia. Nam ea, quae sunt separata a materia secundum esse rationem, pertinent ad Mathematicum. quae autem in sui ratione concernunt materiam sensibilem, pertinent ad Naturalem. Et sicut diuersa genera scientiarum distinguuntur secundum hoc quod res sunt diuersimode a materia separabiles, ita et in singulis scientijs & praecipue in scientia Naturali, distinguuntur partes scientiae secundum diuersum separationis, & concretionis modum. & quia vniuersalia sunt magis a materia separata, ideo in scientia Naturali ab vniuersalibus ad minus vniuersalia proceditur. sicut philosophus docet primo Phy. Unde & scientiam Naturalem incipit tradere ab his, quae sunt consimilia omnibus naturalibus, quae sunt motus, & principium motus, & demum processit per modum concretionis siue applicationis principi

porum eorum, ad quaedam determinata mobilia quorum quaedam sunt corpora viuētia, circa quae etiam simili modo processit distinguens hanc considerationem in tres partes. Nam primo quidem considerauit de anima secundum se, quasi in quadam abstractione, secundo considerationem facit de his, quae sunt animae secundum quaedam concretionem siue applicationem ad corpus, sed in generali. Tertio considerationem facit applicando omnia haec ad singulas species animalium & plantarum determinando quid sit proprium unicuique speciei. Prima igitur consideratio continetur in libro de Anima, Tertia vero consideratio continetur in libris, quos scribit de Animalibus & Plantis. Media vero consideratio continetur in libris, quos scribit de quibusdam, quae pertinent communiter, vel ad omnia animalia, vel ad plura genera eorum: vel etiam ad omnia viuētia, circa quae huius libri est praefens intentio. Unde considerandum est, quod in secundo de Anima quatuor gradus viuēntium determinauit. quorum primus est eorum, quae habent solam partem animae nutritiuam, per quam viuunt sicut sunt plantae. quaedam autem sunt, quae cum hoc habent etiam sensum sine motu progressiuo, sicut sunt animalia imperfecta, puta conchilia: quaedam vero, quae habent in super motum localem progressiuum, sicut animalia perfecta, ut equus & bos: quaedam vero insuper intellectum, sicut homines. Appetituum enim quamuis ponatur quintum genus potentiarum animae, non tamen constituit quintum gradum viuēntium, quia semper consequitur sensitiuum. Horum autem intellectus quidem nullius partis corporis actus est ut probatur tertio de Anima. unde non potest considerari per concretionem vel applicationem ad corpus, vel ad aliquod organum corporeum. Maxima enim concretio eius est in anima: summa autem eius abstractio est in substantiis separatis. Et ideo praeter librum de Anima Arist. non fecit Librum de intellectu & intelligibili: vel si fecisset, non pertineret ad scientiam Naturalem, sed magis ad Metaphysicum, cuius est considerare de substantiis separatis. Alia vero omnia sunt actus alicuius partis corporis, & ideo eorum potest esse specialis consideratio per applicationem ad corpus, vel organa corporea praeter considerationem, quae habita est de ipsis in lib. de Anima. Oportet ergo huiusmodi considerationem mediam in tres partes distingui, quarum vna contineat ea, quae pertinent ad viuum, in quantum est viuum, & hic continetur in libro, quem scribit de Morte & Vita, in quo etiam determinat de Respiratione & Expiratione, per quae in quibusdam vita conservatur: & de Iuuentute & Senectute, per quae diuersificatur status vitae. Similiter autem & in libro qui inscribitur de Causis Longitudinis & Breuitatis vitae: & in libro, quem fecit de Sanitate & Aegritudine: quae etiam pertinent ad dispositionem vitae: & in lib. quem dicitur fecisse de Nutrimento & Nutribili, qui duo Libri apud nos nondum habentur. Alia vero pertinet ad motiuum: quae quidem continentur in duobus, scilicet in libro de causa motus animalium: & in libro de Progressu animalium, in quo determinatur de partibus animalium opportunius ad motum, tertia vero pertinet ad sensitiuum. Circa quod considerari potest, & id quod pertinet ad actum interioris vel exterioris sensus, & quantum ad hoc consideratio sensitiui continetur in hoc libro, qui inscribitur de Sensu & Sensato. de Sensitiuo & Sensibili sub quo etiam continetur tractatus de Memoria & Reminiscencia. Et iterum, ad considerationem sensitiui pertinet id, quod facit differentiam circa sensum in sentiendo: quod per somnum & vigiliam determinauit in libro qui inscribitur de Somno & Vigilia, Sed quia oportet per Parua naturalia S. T. A magis

Primum gradum ex 2. de Anima. T. 6. 11.

Appetitiuum non constituit quintum gradum viuēntium.

Intentio huius libri in tres partes facitur.

Disydetur libri duo Arist. de nutrimento & nutribili.

Consideratio is omnium naturalium in 2. do.

De scientia diuersa in suis partibus.

Diuisio motus in suas partes, & motus procedens a suis.



magis similia ad dissimilia transire, talis videtur esse ratio...

Hic igitur Liber, qui de Sensu & Sensato inscribitur, primo quidem in duas partes dividitur...

Videntur autem quae maxima sunt & communia & propria animalibus...

Ostendit necessitatem praesentis considerationis. Si enim operationes tam propriae, quam communes...

Primo sensus, & memoria, ira & desiderium, & omnino ap...

petitio voluptasque, insuper & dolor. haec enim ferè omnibus insunt animalibus...

Putasensus & memoria, & ira, & desiderium, & omnino appetitus, & cum his gaudium & tristitia...

Enumerat ea, de quibus est intentio, & primo ponit, ea, quae pertinent ad sensuum, sensum & memoriam...

Naturali de sensu & infirmitate prima cogitare potest.

Quomodo generatio & estimatio memoriae distinguantur.

Supremis sunt accipere infirmam gratiam.

riori generi. Differt autem sensus ab intellectu & ratione: quia intellectus vel ratio est uniuersalium, quae sunt ubique...

Animalibus perfectioribus non nulli ad sunt quibus nonnullam sapientiam sicut, & hoc quae proxime accedunt rationi naturali.

Prima coniugatio.

Secunda.

Tertia.

lum experimentis vtentes sed causas inquirentes, incipiunt medicalem considerationem à naturalibus...

Quod autem supradicta omnia cum anima, tum corpori communia sunt, non est obscurum...

Quod autem omnia dicta communia sint anima & corpori non inmanifestum est...

Probat propositum, scilicet quod omnia praedicta sunt communia anima & corporis, & vtitur tali ratione...

LECTIO II.

Quinam sensuum imperfectis ac perfectis animalibus insunt, Auditus item ac visus adiuuicem conferuntur.

Ceterum de sensu quidem, & sentiendi ratione, & cur animalibus istec accidat, passio in commentarijs de Anima dictum est.

N. LEON.

N. LEON.

Ed de sensu & sentire quid sit: & quare accidat animalibus hac passio, dictum est prius in his, quae de Anima.

Præmissis proemio, in quo ostendit philosophus suam intentionem, hic incipit prosequi suum propositum. Et primo determinat ea, quae pertinent ad sensum exteriorum. Secundo determinat ea, quae pertinent ad cognitionem sensibilem interiore, scilicet de memoria & reminiscencia. Ibi {De memoria & reminiscencia.} Ille enim tractatus est pars istius libri secundum Græcos. Circa prima tria facit. Primo resumit quaedam, quae de sensu dicta sunt in libro de Anima, quibus utendum est tanquam suppositionibus, ut supra dictum est. Secundo determinat veritatem, quam intendit circa opera sensuum & sensibilem. Ibi {In quibus autem habent fieri.} Tertio soluit quasdam dubitationes circa præmissa, ibi {Obiiciet autem aliquis si omne corpus.} Circa primum duo facit. Dicit enim primo quid circa sensum in libro de Anima dictum sit, secundo assumit quaedam eorum. Ibi {Animal autem secundum quod animal.} Dicit ergo primo, quod in libro de Anima dictum est de sensu & sentire, id est de potestate sensitiva & actu eius, & duo dicta sunt de eis, scilicet quid sit utrumque eorum, & causa quare animalibus hæc accidat. Vocat autem sentire passionem: quia actio sensus in patiendo sit: ut probatum est in Secundo de Anima. Quid autem sit sensus, & quare animalia sentiant, ostendit circa finem Secundi de Anima, per hoc, quod animalia recipere possunt species sensibilem sine materia. Deinde cum dicit,

T. 5.

N. LEON.

Sensu, anima  
lis ratio con-  
stat.

Animalibus autem omnibus, quia animal est unumquodque, necesse est sensum inesse: hoc enim esse animal, & non animal diiudicamus.

Animal autem unumquodque secundum quod animal, necesse est habere sensum. Per hoc enim determinamus animal esse, & non animal.

Assumit tria ex his, quae in libro de Anima dicta sunt circa sensum: quorum primum pertinet ad sensum in communi secundum quod sensus, qui sunt communes omnibus animalibus, & hoc ibi {Proprie autem secundum unumquodque} tertium pertinet ad alios sensus, qui inveniuntur in animalibus perfectis. Ibi {Sensus autem qui per exteriora.} Dicit ergo primo, quod omne animal in quantum est animal, necesse est quod habeat sensum aliquem. In hoc enim, quod est sensitivum esse, consistit ratio animalis, per quam animal a non animal distinguitur. Attingit enim animal ad infimum gradum cognoscendum, quae quidem alijs rebus cognitione carere præminent in hoc quod plura entia in se continere possunt. Et ita virtus eorum ostenditur esse capacior, & ad plura se extendens. Et quanto quidem aliquod cognoscens uniusmodiorem habet rerum cognitionem, tanto virtus eius est absolutior & immaterialior & perfectior. Virtus autem sensitiva, quae inest animalibus, est quidem capax extrinsecorum, sed in singulari tantum. Unde & quandam immaterialitatem habet, in quantum est susceptiva specierum sensibilem sine materia, infimam tamen in ordine cognoscendum, in quantum huiusmodi species recipere non potest nisi in organo corporali. Deinde cum dicit,

N. LEON.

Proprie autem ac singularem Tactus & Gustatus omnia necessario consequuntur animalia. & tactus quidem eam ob causam quae in commentarijs de Anima dicta est: gustatus vero propter alimentum: suavis enim is diiudicat, & molestum in esculentis, ut alterum fugiat, consuetur alterum: & omnino sapor gustativae partis est passio.

Proprie autem secundum unumquodque, tactus & gustus insequitur omnia necessario. Tactus quidem, propter dictam causam in his quae de Anima: gustus vero propter eseam. Delectabile enim & tristabile discernit ipso circa eseam ut hoc quidem fugiat, hoc autem prosequatur: & omnino sapor est nutritivae partis animae passio.

Ponit id quod pertinet ad sensus communes & necessarios animali. Circa quod considerandum est quod sensus communes & necessarii omni animali, sunt illi, qui sunt cognitivi eorum, quae sunt necessaria animali. Est autem animali aliquod sensibile necessarium dupliciter. Vno modo in quantum corpus est mixtum ex quatuor elementis & sic necessarium est animali debita commensuratio calidi & frigidi, humidi & siccitatis, & aliorum huiusmodi, quae sunt differentiae corporum mixtorum. Aliud autem est necessarium animali, in quantum corpus eius est vivum nutritibile, & sic necessarius est ei cibus conveniens. per contraria autem horum animal corrumpitur. Et quamvis primum sit necessarium omni mixto corpori, secundum autem sit necessarium etiam plantis, tamen animal superabit dat in hoc, quod horum notitiam habere potest ratione iam dicta secundum gradum suae naturae. Ad hoc igitur quod cognoscat ea, quae sibi sunt necessaria, vel contraria secundum rationem corporis mixti, ordinatur sensus, tactus, qui est cognoscitivus praedictarum differentiarum: ad hoc autem quod cognoscat conveniens nutrimentum, necessarius est ei gustus, per quem cognoscitur sapidum & inspidum quod est signum nutrimenti convenientis vel inconvenientis. Et ideo dicit quod gustus & tactus ex necessitate consequuntur omnia animalia. & de tactu quidem, causa assignata est in libro de Anima, quia, tactus est cognoscitivus eorum ex quibus componitur animal. Gustus autem est ei necessarius propter alimentum, quia per gustum animal discernit delectabile & tristabile, sive sapidum & inspidum circa cibum, ut unum eorum prosequatur tanquam conveniens, alterum fugiat tanquam nocivum. Et totaliter sapor est passio nutritivae partis animae, non quod sit obiectum potentiae nutritivae, sed quia ordinatur ad actum nutritivae potentiae, sicut ad finem, ut dictum est, Alex. tamen dicit in com. quod in quibusdam libris invenitur in graeco, quod sapor est gustativae nutritivae partis animae passio: quia videlicet sapor apprehenditur a gustu ordinato ad nutritionem. Deinde cum dicit,

Sensus autem, qui per exteriora sunt istae quae gressu moventur, ut olfactus, auditus, & visus, omnibus quidem quae illas habent, salutis insunt gratia, ut presentiendo alimentum censectentur, malaque & perniciosa fugiant.

Sensus autem, qui per exteriora media, animalibus praesentibus insunt: quae ad modum odoratus, auditus, visus, omnibus quidem habentibus vitam cum salutis insunt, ut presentiendo alimentum prosequantur, mala autem & corruptiva fugiant.

Prosequitur de sensibus, qui inest solum animalibus perfectis. Et primo assignat causam, propter quam communiter huiusmodi sensus insunt omnibus talibus animalibus. Secundo assignat causam, propter quam specialiter insunt quibusdam perfectioribus eorum. Ibi {Et habentibus autem prudentiam.} Sciendum est circa primum, quod animalia perfecta dicuntur, quibus non solum inest sensitivum sine motu progressivo, ut ostrea, sed quae praeter id habent motum secundum motum progressivum. Est autem considerandum quod huiusmodi animalia excedunt animalia imperfecta, id est immobilia, sicut illa animalia excedunt plantas, & alia corpora mixta. Plantae enim & corpora inanimata non habent aliquam notitiam eorum,

et al. g. ad m.

Animalia ad quod sensus necessarii sunt omnibus animalibus.

Tactus et gustus necessarii sunt omnibus animalibus.

Alexander.

Animalia imperfecta talium habent cognitionem eorum quae est praesentiationis offeruntur.

eorum, quae sunt in eis necessaria, sed animalia immobilia habent quidem cognitionem eorum, quae sunt necessaria solum in quod eis praesentialiter offeruntur: animalia vero progressiva accipiunt notitiam eorum etiam, quae a remotis. Unde hæc magis accedunt ad cognitionem intellectivam, quae non determinatur ad hic & nunc. Et sicut omnibus animalibus ad cognoscendum necessaria, quae pertinent ad nutritionem, sicut quae praesentialiter offeruntur, ordinatur gustus, ita ad ea cognoscenda etiam a remotis, ordinatur odoratus. Odor, n. & sapor quandam affinitatem habent, ut infra dicetur. Et sicut per saporem cognoscitur convenientia cibi coniuncti, ita per odorem cognoscitur convenientia cibi a remotis. Alij autem duo sensus scilicet visus, & auditus ordinantur ad cognoscendum a remotis omnia necessaria animali, vel corruptiva: sive sint ei necessaria secundum rationem corporis mixti, sive secundum rationem vii corporis nutritibilis. Manifestum enim est quod animalia per visum & auditum fugiunt corruptiva qualibet: & salubria prosequuntur. Et ideo dicit quod illi sensus, qui per exteriora media sunt, ut dictum est Secundo de Anima, scilicet odoratus, auditus, & visus insunt illis de numero animalium, quae proficiuntur: id est motu progressivo moventur. omnibus quidem his propter unam causam communem: scilicet causam salutis, ut a remotis, necessaria cognoscat, sicut per gustum & tactum praesentialiter. Et hoc est quod subdit {ut praesentientia.} a remotis sententia prosequantur convenientis alimentum: & fugiant mala & corruptiva quaecunque, sicut ovis fugit lupum ut corruptivum. Lupus autem sequitur ovem visam vel auditam aut odoratam, ut convenientis alimentum. Deinde cum dicit,

N. LEON.

Iis etiam quae prudentiam habent, boni gratia insunt: multas enim significant differentias, ex quibus intelligibilem agendarumque rerum prudentia comparatur.

Et habentibus autem prudentiam eius quod boni gratia. Multas enim annuntiant differentias, ex quibus contemplabilem inest discretio, & agibilem.

Assignat aliam causam specialem quibusdam perfectioribus animalibus. Et primo proponit hanc causam, secundum circa has causas comparat sensus ad invicem. Ibi {Hominibus autem ipsorum.} Circa primum considerandum est quod prudentia est directiva in agendis: & uniusmodi quidem prudentia est directiva respectu quorumcumque agendorum. Unde non est in animalibus, nisi in solis hominibus, qui habent rationem uniusmodi cognoscitivam: in alijs autem animalibus sunt quaedam prudentiae particulares ad alios aliquos determinatos actus, sicut formica, quae congregat in estate cibum, de quo vivat in hyeme. Praedicti autem sensus, maxime auditus & visus perficiunt animalibus ad huiusmodi prudentias particulares: & hominibus ad prudentiam uniusmodi ad hoc quod aliquid bene fiat. Odoratus autem totaliter videtur necessitati nutrimenti deferre, parum autem prudentiae. Unde in omnibus, in quibus est perfecta prudentia, est deficientissimus iste sensus, ut dicitur libro de Anima. Quomodo autem deferantur praedicti sensus prudentiae, ostendit per hoc quod multas differentias rerum ostendunt, ex quibus homo proficit ad discernendum & contemplabilia & agibilia. per effectus enim sensibiles homo elevatur in intelligibilem & uniusmodi considerationem: & etiam ex sensibus per ea, quae audiuit & vidit instruitur circa agenda. Alia vero animalia in nullo participant de contemplatione: actionem autem participant particularem, sicut dicitur decimo Ethico. Ideo autem hi duo sensus multas

Cap. 8. & in exordio Metaph.

differentias annuntiant, quia obiecta eorum inveniuntur in omnibus corporibus: quia consequuntur ad ea, quae sunt communia omnibus corporibus, & interioribus & superioribus. Color enim consequenter se habet ad lucem & diaphanum: in quibus inferiora communicant celesti corpori. sonus autem consequitur motum localem, qui etiam inveniuntur in utrisque corporibus. odor autem consequitur sola corpora mixta, ex quibus animal natum est nutrir. Deinde cum dicit,

Horum autem ad necessarios vitam usus melior est visus & quidem per se: ad intelligentiam vero per accidens auditus. Horum autem ipsorum, ad necessaria quidem, melior est visus, & secundum se: ad intellectum autem & secundum accidens auditus.

Ratio quare visus & auditus in multis rebus differunt ostendit.

N. LEON.

Comparat circa praedictas causas visum & auditum. Et primo ponit comparisonem, Secundo probat. Ibi {Multas quidem.} Circa primum quidem dicit, quod visus dupliciter praeminet auditui. vno quidem modo quantum ad necessaria, puta ad querendum cibum, & ad vitandum corruptiva: quae certius apprehenduntur per visum, qui immutatur ab ipsis rebus, quae per auditum, qui immutatur a sonis, consequentibus motus aliquos rerum. alio modo visus est praevisum auditui in se: quia magis est cognoscitivus & plurium quam auditus. Sed auditus praeminet visui in quantum deseruit intellectui, & hoc est in se accidens, ut post manifestabit. Deinde cum dicit,

Visus & auditus plurimas differentias rerum nobis praesentant quae sensus alij.

N. LEON.

Multas enim differentias & multiugas videndi denunciat potestas, quando corpora omnia colore participant. quae propter & communia per hanc sentiuntur maxime. Communia autem appello conformationem, magnitudinem, motum, statum, numerum. Auditus autem tantummodo sonorum differentias indicat: paucis autem & vocis.

Multas quidem differentias & multimodas visus annunciat potentia: quia omnia corpora colore participant. Quare & communia magis per hunc sentiuntur. Dico autem communia: magnitudinem, motum, quietem, figuram, numerum. Auditus autem soni tantum differentias: paucis autem & eas, quae vocis.

Manifestat quod dixerat. Et primo quod visus sit in se melior, Secundo quod auditus sit melior per accidens. Ibi {Secundo vero accidens.} Dicit ergo primo, quod visus visus ideo secundum se est melior, quia potentia visiva apprehensione annunciat nobis multas differentias rerum, & diversorum modorum. Et hoc ideo est: quia eius obiectum, quod est visibile, inveniuntur in omnibus corporibus. Fit enim aliquid visibile per hoc quod diaphanum illuminatur actu a corpore lucido: in quibus inferiora corpora cum superioribus communicant, & ideo dicit, quod colore omnia corpora participant tam superiora quam inferiora: quia in omnibus corporibus, vel inveniuntur ipse color secundum propriam rationem, sicut in corporibus in quibus est diaphanum terminatum: vel saltem in eis inveniuntur principia coloris, quae sunt diaphanum, & lux, & ideo plura manifestantur per visum. per hunc etiam sensum magis cognoscuntur communia sensibilia: quia quanto potentia habet virtutem cognoscitivam uniusmodiorem, & ad plura se extendentem, tanto est efficacior in cognoscendo: quia omnis virtus quanto est uniusmodiior, tanto est potentior. Et dicuntur sensibilia communia, quae non cognoscuntur ab vno sensu tantum, sicut sensibilia propria, sed a multis sensibus: sicut magnitudo, figura, quietis motus, & numerus. Qualitates enim, quae sunt propria obiecta sensuum, sunt formae in continuo: & ideo oportet quod ipsum continuum in quantum

de Anima c. 9.

est subiectum talibus qualitatibus, moueat sensum non per accidens, sed sicut per se subiectum & commune omnium sensibilium qualitarum. Omnia autem hæc, quæ dicuntur sensibilia communia, pertinent aliquo modo ad continuum, vel secundum mensuram eius, ut magnitudo: vel secundum diuisionem, ut numerus, vel secundum terminationem, ut figura: vel secundum distantiam & propinquitatem, ut motus. Sed auditus annunciat nobis solas diuisas sonorum, quæ non inueniuntur in omnibus corporibus, nec sunt expressiue multarum diuisarum, quæ sunt in rebus paucis. Animalibus autem ostendit auditus differentias uocis. Vox enim est sonus ab ore, animalis prolatus cum imaginatione quadam: ut dicitur in Secundo de Anima. & ideo vox animalis in quantum huiusmodi, naturaliter significat interiori animalis passionem, sicut latratus canum significat iram ipsorum: & sic profectiora animalia ex uocibus inuicem cognoscunt interiores passiones: quæ tamen cognitio in imperfectis animalibus deest. Sic ergo auditus non cognoscit per se, nisi uel differentiam sonorum, ut puta graue & acutum, aut aliquod huiusmodi: uel differentias uocis, secundum quod sunt indicatiue diuersarum passionum: & sic cognitio auditus non se extendit ad cognoscendum per se tot rerum differentias, sicut uisus. Deinde cum dicitur.

**N. LEON.** Cum tamen per accidens ad prudentiam multum quantum conferat, sermo enim audibilis existens disciplina est causa, non per se, uerum ex accidenti: ex nominibus enim constituitur, nomen autem quodcumque signum est. Quam obrem ab ortu utroque sensu priuatorum ceci sunt mutis, & surdis prudentiores. De facultate igitur quam unusquisque habet sensus, dictum est prius.

Secundum uero accidens ad prudentiam auditus plurimam confert partem. Sermo enim audibilis existens causa est discipline, non secundum se, sed secundum accidens. ex nominibus enim constat. Nominum uero unumquodque symbolum, est. Quare a natiuitate priuatorum utroque sensu sapientiores sunt ceci mutis & surdis. De uirtute itaque, quam habet sensuum unusquisque, dictum est.

Manifestat quod auditus per accidens melior sit ad intellectum. Et dicit quod auditus multum confert ad prudentiam. Et accipitur hic prudentia pro quadam intellectiua cognitione: non solum prout est recta ratio agibilium, ut dicitur sexto Ethicorum, sed hoc est per accidens: quia sermo, qui est audibilis, est causa addiscendi non per se, id est in ipsas sonorum differentias, sed per accidens: in quantum scilicet nomina, in quibus sermo est, id est locutio componitur, sunt symbola, id est signa intentionum intellectarum, & per consequens rerum. Et sic Doctor docet, discipulum in quantum per sermonem significat ei conceptionem intellectus sui. Et plus homo potest cognoscere addiscendo (ad quod est uilis auditus quamuis per accidens, & quam de se inueniendo, ad quod præcipue est uilis uisus. Inde est quod inter priuatos a natiuitate utroque libet sensu, scilicet uisu, & auditu, sapientiores sunt ceci, qui carent uisu, mutis & surdis, qui carent auditu. Addit autem mutis, quia omnis surdus a natiuitate ex necessitate mutus est. Non enim potest addiscere formare sermones significatiuos, qui significant ad placitum. Unde sic se habet ad locutionem totius humani generis, sicut ille, qui nunquam audiuit aliquam linguam, ad imaginandum illam. Non est autem necessarium quod econuerso omnis mutus sit surdus. potest enim contingere ex aliqua causa aliquem esse mutum, puta propter impedimentum linguæ. Ultimo autem epilogoando concludit

Sensus auditus uilis est ad scientiam quam uisus.

quod dictum est de uirtute, quam habet unusquisque sensus.

LECTIO III

Antiquorum de Sensuum organis elementis attributis naturæ opinio, ea præsertim nonnullorum, qui uisum igni simpliciter tribuisse rationibus efficacissimis uisum sunt quomodoque uisio fiat ex multorum sententia exquisitè exponitur.

**N. LEON.** Verum in quibus nam corporis nati sunt fieri sensiterijs nonnulli sane in ipsis corporum elementis id querunt. cum autem non possint quinque ad quatuor deducere sensus, de quinto optare uidentur.

In quibus autem habent fieri corporis instrumenta, nunc quidam inquirunt secundum elementa corporum. Non potentes autem ad quatuor quinque existentibus coaptare, cupiunt de quinto.

Postquam philosophus resumpsit ea, quæ sunt necessaria ad præsentem considerationem de ipsis uirtutibus sensitiuis, nunc accedit ad principalem propositum in hoc libro applicando considerationem sensus, ad corporalia. Et primo quantum ad organum sensuum, secundo quantum ad sensibilia. ibi. De sensibilibus autem his. Circa primum duo facit. Primo attribuit organum sensuum elementis improbando sermones aliorum, Secundo determinando id, quod uerius esse potest. ibi. Igitur siquidem in his. Circa primum duo facit. Primo tangit in generali quomodo Antiqui attribuebant organa sensuum elementis, secundo descendit specialiter ad organum uisus, circa quod a pluribus errabatur, ibi. Faciunt autem omnes uisum. Dicit ergo primo, quod Priores philosophi quærebant secundum elementa corporum, qualia essent corporea instrumenta, in quibus, & per quæ operationes sensuum exercerentur. Et hoc ideo, quia sicut in Primo de Anima dictum est ponebant simile simili cognosci. Unde & ipsam animam ponebant esse de natura principiorum, ut per hoc posset omnia cognoscere, quasi omnibus conformis. Nam omnia in principiis communicant & pari ratione, quia organa sensuum omnia corporalia cognoscunt attribuebant ea elementis corporum. Sed statim occurrebat eis una difficultas. sunt enim quinque sensus, & quatuor elementa: & ideo inquirebant cui posset organum quinti sensus applicare. Est autem inter aerem & aquam quoddam medium, are quidem densius, aqua autem subtilius. quod dicitur fumus uel vapor, quem etiã quidam posuerunt esse primum principium: & huic attribuebant organum odoratus: quia odor secundum quandam euaporationem fumalè sentitur. alios uero quatuor sensus attribuebant quatuor elementis: tactum autem, terra: gustum autem aquæ: quia sapor sentitur per humidum: auditum autem aeri, uisum igni. Deinde cum dicitur.

**N. LEON.** Verum omnem uisum ad ignem pertinere uolunt. quando passionis cuiusdam ignoant causam. Constricito enim & commoto oculo præfulgēs apparet ignis. id autem in tenebris accidere solet, aut palpebris superinductis: sit enim tunc etiam in tenebris.

Faciunt autem omnes uisum ignis: quia passionis cuiusdam ignoant causam. Constricito enim & commoto oculo uidetur ignis lucere. Hoc autem in tenebris habet accidere, et palpebris super uelantibus. Fiant enim & tunc tenebre.

Accedit specialiter ad organum uisus, quod attribuebant igni. Et primo improbat causam positionis, Secundo ipsam positionem. ibi. Quoniam autem si ignis esset. Circa primum tria facit. primo ponit causam, ex qua quidem.

**N. LEON.**

Posicio autem quorum phisoporum circa sensum. T. com. 28.

**N. LEON.**

Opinio non enim ignem in oculo prædixit minor. Improbatio

dem mouebantur ad attribuendum organum uisus igni, secundo mouet quandam dubitationem. ibi. Habet autem dubitationem. tertio determinat ueritatē circa utrūque. ibi. Causa utriusque huiusmodi. Ait ergo primo quod omnes, qui attribuunt organum uisus igni, hoc ideo faciunt, quia ignorant causam cuiusdam passionis, quæ circa oculum accidit. si enim oculus comprimatur & fortiter moueatur, uidetur quod ignis luceat: quod accidit si sint aperta palpebræ solum, quando aer exterior est tenebrosus: aut etiam in aere claro, si primo claudantur palpebræ: quia per hoc fiunt tenebræ oculo clauso. Et hoc reputabant esse manifestum signum, quod organum uisus ad ignem pertineret. Deinde cum dicitur.

**N. LEON.** Sed hoc ipsum alteram etiam habet difficultatem. Si enim sentientem, & quippiam uisu percipientem non contingit latere, necessarium certe est seipsum conspiciere oculū: cur igitur id quiescenti non accidit?

Habet autem dubitationem hoc & aliam. Si enim non est latere sentientem & uidentē uisibile quippiam necesse erit se uidere oculum. quare ergo quiescente illo, hoc non accidit.

Mouet quandam dubitationem circa prædicta. Manifestum est enim quod sensus cognoscunt sensibile præsens. unde & uisus cognoscit uisibile præsens, sicut ignis propter suam lucem est quid uisibile præsens. Si ergo semper est præsens ignis uisui, utpote organo uisus in eo existente, uidetur quod semper uisus ignem deberet uidere. Sed hoc quidem secundum principia, quæ Aristoteli supponit, non sequitur. Supponit enim quod sensus est in potentia ad sensibiles: & oportet quod per aliquod medium a sensibili immutetur. Unde in ipsum sensibile superpositum sensui non sentitur, ut dicitur secundo de Anima. unde, si etiam organum uisus esset igneum, propter hoc uisus non uideret ignem. Sed secundum alios philosophos, uisus & alij sensus percipiunt sensibilia in quantum sunt actu tales. id est similes sensibilibus: ut pote naturam principiorum habentibus, ut dictum est. Et ideo secundum eos, qui organum uisus erat igneum, sequebatur quod prædicto modo uideret ignem. Sed tunc remanet dubitatio, quam Aristoteli hic inducit, quare oculus quiescens non uidet ignem, sicut oculus motus. Deinde cum dicitur.

Huiusmodi autem rei causa, & dubitationis, & cur uisus ignis esse uideatur, hinc sunt accipiendæ. Lenia enim in tenebris nata sunt fulgere, non tamen lucem facere. id autem, quod in oculis nigrum appellatur, & medium est, lenge esse apparet: id autem commoto apparet oculo. quoniam tunc accidit, ut unum quasi duo fiat. istuc autem celeritas efficit motionis, ut appareat diuersum esse a uidente id quod cernitur. quam obrem non fit hoc nisi celeriter & in tenebris fieri contingat. laue nãque in tenebris natum est splendescere, ut piscium quorundam capita, & sepie atramentum. Et oculo tarde commoto non contingit, ut simul appareat duo & unum esse, uidentem, & id quod cernitur. Eo autem modo ipse seipsum cernit oculus, ceu in quodam repercussu.

Causa quidem huius, & obiectiōnis, & putandi ignem uisum esse, hinc sumenda. Lenia enim in tenebris nata sunt fulgere, non tamen lucem facere. Oculi autem uocatum nigrum & medium lenge. apparet autem hoc modo oculo quia accidit, quasi duo fieri unum. Hoc autem celeritas facit motus, ut uideatur aliud esse uidentem & uisum, quare & non fit nisi celeriter, & in tenebris hoc accidit. Lenie enim in tenebris natum est fulgere, quæ admodum quædam capita piscium & sepie turbidum. Sed lente moto oculo non accidit, ut uideatur simul & unum & duo esse, uidentem & uisum. Illo autem modo ipse seipsum uidet oculus, quem

Sensus exterioris uisus uisibile præsens cognoscitur.

Errone autem quorum phisoporum circa sensum. T. com. 28.

Propter quid mouet oculo illud apparet unum.

admodum & in refractione.

Assignat causam prædictæ apparitionis, per quam & dubitatio mota soluitur. & ostenditur quomodo inaniter putauerunt ignem uisum. & ad hoc accipiendum est, quod corpora lenia, id est polita & terfa, ex proprietate suæ naturæ habent quandam fulgorem, quod in corporibus asperis & non planis non accidit: quia quædam partes super eminent aliis & obumbrant eas. Et quamuis in se aliquantulum fulgeant huiusmodi corpora, non tamen habent tantum de fulgore, quod de se possint facere medium lucidum actu, sicut facit Sol & huiusmodi corpora. Manifestum est igitur quod illud, quod est medium oculi, quod uocatur nigrum oculi, est quasi lenge & politum. Unde habet quandam fulgorem ex ratione lenitatis, non ex natura ignis, sicut illi existimabant. Per hoc ergo iam remota est necessitas attribuendi organum uisus igni: quia, si huius claritatis, quæ apparet causa, potest aliunde assignari quæ ab igne. Sed, siue hoc sit ex igne, siue ex lenitate pupillæ, remanet communis dubitatio, quare huiusmodi fulgor uidet oculus motus, quiescens uero non. Et ideo assignat causam huius, & dicit quod talis fulgor apparet moto oculo: quia accidit per oculi motionem quasi quod unum fiat duo. unum enim & idem subiecto est pupilla fulgens & uidentem. In quantum autem est fulgens, proijcit fulgorem, suum ad extrinsecum autem est uidentem cognoscit fulgorem, quasi recipiendo ipsum ab exteriori. cum autem est quiescens, emissio fulgoris fit ab exteriori. & ita uisus huiusmodi fulgorem non recipit ut uidere possit. Sed, quando oculus celeriter mouetur, illud nigrum oculi transfertur ad exteriorem locum, in quem pupilla emittebat suum splendorem, antequam ille splendor deficiat. & ideo pupilla ad alium locum uelociter translata recipit splendorem suum quasi ab exteriori, ut sic uideatur esse aliud uidentem, & uisum: quamuis sit idem subiecto. & ideo huiusmodi ibi apparitio fulgoris non fit nisi oculus celeriter moueatur: quia, si moueatur tarde prius, deficiet impressio fulgoris ab exteriori loco, ad quem fulgor perueniebat quam pupilla illuc perueniat.

Sed uidetur quod nulla celeritas motus ad hoc sufficiat. Quantumcunque enim motus localis sit uelox, oportet tamen quod sit in tempore: emissio autem fulgoris ad præsentiam corporis fulgentis, & eius cessatio ab ipsius absentia utrunque fit in instanti. non ergo uidetur possibile quantumcunque oculus celeriter moueatur, quod prius perueniat pupilla ad exteriorem locum quam cesset fulgor illuc perueniens ex pupilla in alio loco existente. Sed ad hoc dicendum est secundum Alexander in commento. pupilla corpus est quoddam, & in partes diuisibile. unde celeriter commoto oculo, cum aliqua pars pupillæ ad alium locum peruenire inceperit, adhuc fulgor illuc peruenit ex residuo corpore pupillæ, quod nondum attingit locum illum. & inde est quod pupilla incipit uidere fulgorem, quasi aliunde resplendentem. Et huius signum est, quod huiusmodi fulgor non uidetur defecisse: sed pertransit & subito disparet uisio. Assignat etiam causam, quare talis apparitio accidit in tenebris & non in lumine quia fulgor corporum lenium propter sui modicitatem obscuratur a magna claritate: sed in tenebris uidetur, sicut etiam accidit de quibusdam aliis, quæ modicum habent lucis: & propter hoc uidentur in tenebris & non in lumine: sicut quædam capita piscium, & humor turbidus piscis, qui dicitur sepia. Et subiungit quod, si aliquis lente uel tarde moueatur, non accidit prædicta apparitio, per hoc quod uidentem & uisum simul uideatur esse unum & duo,

Obiectio contra Aristoteli.

Responsio Alex.

Ita est piscis, cuiusdam Aristoteli simile facit.

vt dictum est, sed illo modo, quando, sceleriter mouetur oculus, tunc oculus videt seipsum, quali secundum diuersum situm a seipso immutatus, sicut accidit in refractione vel in reflexione, puta cum oculus videt seipsum in speculo, a quo scilicet ab exteriori redit species oculi ad ipsum oculum per modum reflexionis cuiusdam: sicut & in prescripta apparitione fulgor oculi redit ad ipsum, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Quoniam si ignis esset vt dicit Empedocles & in Timæo scriptum est, & videndi ratio cōtingeret exeunte quasi ex laterna lumine, cur nam in tenebris non cerneret visus?

Quoniam si ignis esset, vt dicit Empedo. & in Timæo scribitur: et accideret videre exeunte lumine, quæ admodum ex lucerna lumen, quare non in tenebris videret utiq; visus.

Accedit ad improbandum ipsam positionem: & primo quantum ad hoc qd visum attribuebant igni, secundo quantum ad hoc qd ponebant visum videre extramittendo ibi Irrationale vero omnino est. Circa primum tria facit, Primo proponit opinionem Platonis, secundo Empe. ibi Empe. autem videtur. tertio opinionem Democriti. ibi Democritus autem quoniam. Circa primum duo facit Primo obicit contra Platonem. Secundo remouet eius responsionem. ibi Dicere autem qd extinguitur. Circa primum sciendum est, qd Empe. & Plato in Timæo in duobus conueniebant, quorum vnum est qd organum visus pertinet ad ignem, & m est quod visio cōtingit per hoc qd lumen exit ab oculo, sicut ex lucerna. Ex his autem duobus positionibus concludit Philosophus qd visus deberet videre in tenebris, sicut in luce. Potest enim etiam in tenebris lumen a lucerna emitti illuminans medium. Et ita, si per emissionem luminis oculus videns, sequitur qd etiam in tenebris oculus videre possit. Deinde cum dicit.

Platonis & Empedocles circa visionem conuenientia.

N. LEON.

Nam dicere in tenebris restringi exeuntem visum, vt Timæus asserit, vanum est omnino.

Dicere autem quod extinguitur in tenebris egrediens, sicut Timæus dicit, vanum est omnino.

Platonis impugnatio.

Excludit positionem Pla. quæ in Timæo ponit dicens, qd, quando lumen egreditur ex oculo, siquidem inueniat in medio lumen, saluator per ipsum, sicut per sibi simile: & ex hoc accidit visio. Si autem non inueniat lumen, sed tenebras, propter dissimilitudinem tenebrarum ad lumen ab oculo egrediens extinguitur: & ideo oculus non videt. Sed Arist. dicit hanc causam non esse veram: & hoc probat ibi.

N. LEON.

Quenam enim luminis est extinctio? restringitur nanq; aut in humido, aut in frigido calidum & siccum, cuiusmodi ignis esse videtur, qui in carbonaceo est genere, & ipsa flamma, quorum neutrum luminis inesse videtur.

Quæ enim extinctio luminis est: extinguitur enim aut humido, aut frigido, calidum & siccum: qualis videtur quidem in carbonibus ignis & flamma: quorum neutrum in lumine apparet existens.

Tres species igitur secundum Platonem.

Non enim potest assignari ratio, quare lumē oculi à tenebris extinguitur. Dicebant. n. Platonici tres esse species ignis, scilicet lumen, flammam, & carbonem. Ignis autem, cum sit naturaliter calidus & siccus, extinguitur vel ex frigido, vel ex humido: & hoc manifeste apparet in carbonibus & flamma: sed neutrum contingit in lumine: quia nec per frigidum, nec per humidum extinguitur. Non ergo bene dicitur qd extinguitur ignis per modum ignis. Alex. autem in commento dicit, qd inuenitur alia litera talis, qualis videtur quidem in carbonibus esse ignis: & flamma in lumine. neutrum autem videtur conueniens. Neq; enim humidum, nec frigidum, quibus extinctio fit. Et secun-

dum hanc literam ratio Arist. magis videtur esse ad propositum. Lumē enim igneum quod apparet in carbonibus, & flamma extinguitur frigido aut humido. Tenebræ autem neque sunt aliquid frigidum nec humidum. Non ergo per tenebras potest extingui lumen igneum egrediens ab oculo. Posset autem aliquis dicere, qd lumen igneum egrediens ab oculo nec extinguitur in tenebris: sed quia debile est, nõ cõforatur ab exteriori lumine, ideo latet nos. Et propter hoc non fit visio. Sed Arist. hoc reprobat ibi.

Si autem inest quidem, verum, quia leuiter, nos latet, oportebat profecto per diem, & in aqua lumen restringi, in glacie vero maxime tenebras fieri. flamma enim & ignita corpora istuc pati percipiuntur. nunc autem nihil accidit huiusmodi.

Si igitur est quidem, sed propter debilitatem latet nos: oportebat per diem & in aqua extingui lumen, & in glacie magis fieri tenebras. flamma enim & ignita corpora patiuntur hec. Nunc autem nihil tale accidit.

Circa quod sciendum est, qd lumē igneum extinguitur, vel obtenebratur dupliciter. Vno quidem modo scilicet proprietatem luminis, prout paruum lumen extinguitur ex presentia maioris luminis. Alio modo scilicet proprietatem ignis, qui extinguitur in aqua. Si ergo illud debile lumen ab oculo egrediens esset igneum, oporteret qd extingueretur in die propter excellentiorem claritatem: & in aqua propter contrarietatem ad ignem: & per consequens inter glacies magis obtenebraretur prædictum lumen visibile. videmus enim hoc accidere in flamma: & in corporibus igneis vel ignitis: quod tamen non accidit circa visum. vnde patet prædictam responsionem vanam esse. Deinde cum dicit.

Empedocles autem arbitrari videtur, interdum quidem exeunte (vt dictum est) lumine visionem fieri. scribit namq; sic.

- 22. Ceu cum quis progredi medietas laternam præparauit.
- 23. Hibernam per noctem ignis ardentis lumen.
- 24. Accendens splendidum cornu, omnimodi obstaculū status.
- 25. Quod ventorum quidem flantium dissipat spiritum.
- 26. Etrinfecus autem extensum exiliens quantum procurerit lumen.
- 27. Splendescit per pauimentum indomitæ radijs.
- 28. Sic qui in tuniculis consistit antiquus ignis,
- 29. Subtilibus velis rotundam complectitur pupillam.
- 30. Quæ circumfluentis profundum continent aquæ.

Ignis autem exiliens extensus se porrigit, & interdum quidem sic visionem fieri dicit Empedocles, interdum autem per defluxus, qui à rebus, quæ cernuntur, sunt.

Emped. autem videtur existimare quod exeunte lumine, sicut dictum est prius videre. At enim,

- 31. Vt quando quis progressum medietas præparet lucernam,
- 32. Hyemalem per noctem ignis lumen ardentis,
- 33. Adaptans omnium ventorum prohibitorices laternas:
- 34. Hæ ventorum quidem spiritum dispergunt flantium,
- 35. Lumen autem extra disiliens, quantum magis expansum fuerit.
- 36. Illustrat pauimentum indomitæ radijs.
- 37. Sic quid in membranis coërcitum antiquum lumen,
- 38. Subtilibus voluminibus diffunditur per circulare pupillam.
- 39. Hæ autem aquæ profundum repellunt circumfluentis,
- 40. Lumen autem extra peruenit, quanto magis expulsus fuerit.

Aliquando quidem igitur sic nos videre ait: aliquando autem de fluxibus his, quæ ab his quæ videntur, decidunt.

Narrat opin. Emped. de cuius improbatione is dictum est, & dicit qd Emped. videtur existimare, sicut dictum est, qd visio

N. LEON.

MORI

N. LEON.

Opinio est de visis.

de lignis.

qd visio fiat lumine exeunte. & ponit verba eius quæ metricè protulit. Dicebat. n. qd ita accidit in visu, sicut quādo aliquis cogitans progredi per aliquod iter per noctem hymis, flant venti, præparat lucernam, accendens lumen ardentis ignis, licet impetus omnium ventorum sufficienter prohibens, ponens accensum in laternam: & per hoc flatum ventorum spirantium impediens, seos ne possint eorum flatus peruenire vsq; ad lumen ignis: lumen autem ignis contentum extragrediat: & quanto magis expansum fuerit extra tanto magis illustrat aerem: ita tamen qd radij exeuntes sunt domiti, attenuati per velum laternæ, puta per pellem, vel aliud huiusmodi. Non. n. ita clare illuminatur aer per laternam, sicut illuminaretur ab igne non velato. Et similiter dicit accidere in oculo. in quo lumen antiquum. i. à prima formatione oculi. ad sensum contutatur. i. tute conseruatur. in miringis. i. in tunicis oculi, per quas sicut per quosdam subtiles lintheos lumen diffunditur circumquaq; per pupillam. quæ quidem tunicæ reuelant radijs per eas emisis profundum aquæ fluentis circa ignem accensum in pupilla ad nutritionem: vel potius conterpationem ignis in profundo collocati. Et sic lumen extra peruenit, quanto magis fuerit expansum, ab interiori procedens. Vel quod dicit circulo, referendum est ad circularitatem pupillæ. Notandum est, qd signanter dixit qd per velum domitis radijs ad signandum causam quare non videtur in tenebris: quia, scilicet lumen egrediens debilitatur per hoc quod transit per prædicta velamēta vt possint perfecte aerem illuminare. Positis autem verbis Emped. subiungit qd aliquādo dicebat visionem fieri per emissionem luminis, vt dictum est: aliquando autem dicebat qd visio fit per quædam corpora defluentia à visibilibus, & peruenientia ad visum: & forte eius opinio erat, qd vtrunque coniungeretur ad visionem.

LECTIO IIII.

Visum aquæ esse ex Democriti sententia ostenditur: visionem vero apparitionem esse, aut extramittendo fieri nequaquam acceptum esse dicitur.

N. LEON.

Democritus autem, quod aquam quidem dicit esse, recte dicit: quod vero videndi opus imaginem existimauit illam, non recte. hoc enim accidit quoniam leuis est oculus, & non est in illo, sed in vidente: reflexio enim quodam illa est passio. Ceterum de imaginibus, & reflexione nondum illi (vt videtur) erat perspectum.

Democriti opinio circa visum.

Democritus autem quoniam quidem aquam dicit esse bene dixit. Quia autem putauit ipsum videre esse illam apparitionem, non bene. hoc. n. accidit, quoniam oculus lenis est, & est non in illo, sed in vidente. passio. n. refractionis est. Sed omnino de apparentibus, & de refractione nondum ipsi manifestum erat, vt videtur.

Post opin. Pla. & Emped. hic tertio Philosophus profequitur de opinione Democriti. Circa quod tria facit. Primo ostendit in quo Democritus bene dixerit, & in quo male. Secundo profequitur illud, in quo male dixit. ibi. In congruum autem est. Tertio profequitur illud, in quo bene dixit. ibi. Quod visus nanque. qd dicit ergo primo qd Democritus bene dixit in hoc, qd visum attribuit aquæ. Sed in hoc male dixit, qd putauit visionem non aliud esse quam apparitionem rei visæ in pupilla ex corporali dispositione oculi: quia, scilicet oculus est lænis. i. politus & tersus. Et ita patet qd ipsum videre non consistit in hoc qd est apparere talem formam in oculo, sed consistit in vidente. i. in habente virtutem visiuam. non. n. oculus est videns propter hoc qd est lænis, sed propter hoc qd est virtutis visiuæ. illa

enim passio, scilicet forma rei visæ in oculo appareat, est reuerberatio, i. causatur ex refractione, siue reuerberatione formæ ad corpus politum. Sicut videmus in speculo accidere. tum. n. immutatio diaphani, quæ fit à corpore visibili, peruenerit ad corpus non diaphanum, non potest ultra immutatio transcendere, sed quodam modo reflectitur ad similitudinem pilæ, quæ repercutitur proiecta ad parietem: & ex tali repercussione redit forma rei visæ ad partem oppositam. Vnde contingit qd aliquis in speculo videat seipsum, vel etiam aliam rem, quæ non directe visui eius obicitur. sed hoc locum non habet nisi duo concurrant, quorum vnum est, vt corpus sit in superficie læne: & ex hoc quodam modo fulgens, vt supra dictum est, per quem quidem fulgorem moderatum manifestatur species in reflexione. Aliud est qd corpus illud sit interius ad aliquod terminatum, vt immutatio prædicta ultra non transeat. Et ideo videmus, qd nisi in vitro apponatur plumbum vel aliud quod huiusmodi, quod impediatur eius penetrationem, ne ulterius procedat immutatio, non fit talis apparitio. vtriq; autem horum concurrat in oculo. Est. n. moderate fulgēs propter lænitatem, vt supra habitum est: & habet aliquid in fundo, quod terminet eius peruietatem. Vnde manifestum est qd hoc accidens, scilicet forma rei visæ appareat in oculo, accidit pure propter refractionem, quæ est passio corporalis, quæ causatur ex determinata corporis dispositione. Democrito tamen nondum erat manifestum de huiusmodi refractionibus, & de formis, quæ apparent in corporibus specularibus propter refractionem prædictam. Ipsa autem visio, secundum rei veritatem non est passio corporalis: sed principalis eius causa est virtus animæ. Democritus tamen ponebat animam esse aliquid corporale: & ideo non est mirum si operationem animæ nihil aliud esse dicebat quam passionem corporalem. Sciendum tamen qd prædicta apparitio, quantum ad primam receptionem formæ, quæ est causa visionis, est corporalis, non. n. visio est actus anime, nisi per organum corporeum. & ideo non est mirum si habeat aliquam causam ex parte corporeæ passionis: non tamen ita qd ipsa corporea passio sit idem quod visio. Sed aliqua causa est eius quantum ad primam, vt ita dicam, percussione formæ visibilis ad oculum, namq; reflexio consequens, nihil facit ad hoc qd oculus videat rem visam per speciem in eo apparentem, sed facit ad hoc qd alteri possit apparere. Vnde etiam oculus videns rem per speciem, non videt ipsam speciem in eo apparentem. Deinde cum dicit.

Duo ad reflexionem concurrunt.

Democritus ponebat animam esse aliquid corporale.

N. LEON.

Absurdum quin etiam est illi in mentem non venisse vt ambigeret. Quamobrem solus videt oculus, aliorum autem nullum, in quibus apparent imagines.

Incongruum autem est & non superuenisse ipsi dubitare, quare solus oculus videt: nullum autem aliorum, in quibus apparent idola.

Reprobatur opinio Democriti.

Profequitur quantum ad hoc qd Democritus male dixit. Et dicit qd valde incongruum videtur qd Democrito ponenti visionem nihil aliud esse qd apparitionem prædictam, non occurreret illa dubitatio: quare alia corpora, in quibus formæ rerum visibilibus, quas idola nominabat, specialiter apparent, non videbat, sed solus oculus. Ex quo manifeste apparet, qd non tota ratio visionis est prædicta apparitio, sed in oculo est aliquid aliud, quod visionem causat scilicet virtus visiuæ. Deinde cum dicit.

Quod igitur visio sit aquæ verum est. Videre autem continet non vt aqua est, verum vt est perspicua: quod etiam ipsi commune est aeri sed conseruans magis, & firmius recipiens aere est aqua. Propterea pupilla & oculus aquæ adscribunt. Quod

N. LEON.

Quod visus nuncque est aqua, verum quidem. Non tamen accidit videre secundum quod a qua est: sed secundum quod perspicuum, quod & aeri commune est. Sed magis servabilis est aqua aere & magis spissa. Quare pupilla & oculus aqua sunt.

Prosequitur id, quod Democritus bene dixit. Et primo proponit necessitatem, secundo manifestat per signa. Ibi hoc est: & in ipsis operibus. Dicit ergo primo hoc quod Democritus organum visus attribuit aqua, verum est. Sciendum tamen quod visio attribuitur aqua non sicut est aqua, sed ratione perspicuitatis, quae communiter in aqua & aere invenitur. Nam visibile est motuum perspicuum, ut dicitur in libro de Anima. Attribuitur magis tamen visio aqua: quia aeri propter duo. primo quidem, quia aqua magis potest conservari quam aer. Aer enim de facili diffunditur: & ideo ad conservationem visus convenientior fuit aqua quam aer. Natura autem facit semper quod melius est. Secundo quia aqua est magis spissa quam aer, & ex ratione sue spissitudinis habet quod in ea per quandam reverberationem appareat forma rei visae: & hoc competit instrumentum visus esse autem perspicuum competit medio in visum, eo quod commune est aeri & aqua. & ideo concludit quod oculus & pupilla magis attribuuntur aqua quam aeri. Est etiam & corpus caeleste perspicuum. sed quia non venit in compositione corporis humani, propter hoc hic praetermittitur. Deinde cum dicit.

Secundo tex. com. 68. De inventura et sicut, et q. Visio magis aqua quam aeri attribuitur propter duo.

N. LEON.

Quod etiam ex ipsis clarum est rebus, corruptis enim oculis defluens apparet aqua. & in inchoatis sordibus splendore claritateque excellere percipitur. Album quidem etiam oculi in sanguine praeditis pingue & nitidum est hanc ob causam, ut inconcretus permaneat humor: propterea ex corporis partibus minime friget oculus: nulli enim unquam id quod intra palpebras est obrigit. Animalium vero, quae sanguine carent, duripelles sunt oculi, quod illis promunimento facit.

Et hoc est in ipsis operibus manifestum. Videtur enim aqua quod discurrit corruptis oculis, & in omnino noviter formatis frigiditate excedens & claritate. Et album oculi in habentibus sanguinem pinguem & crassum, propter hoc est ut permaneat humidum incoagulatum: & ideo corporis minime est frigus oculus. Nulli enim unquam quod infra palpebras est, frigit. Animalium vero quae sine sanguine sunt, durae pellis sunt oculi, & hoc facit protectionem.

Organum visus est aqua propter tria signa.

Manifesta organum visus esse aquae, per tria signa, quae in ipsis operibus manifesta sunt. quorum primum est, quod si oculi destruantur, ad sensum apparet inde aqua discurrere. Secundum est, quod in oculis embryonum de novo formati, qui quasi adhuc recipientes magis virtutem sui principii, excedunt & in frigiditate, & claritate: quae duo sunt connaturalia aquae. Tertium signum est, quia in animalibus habentibus sanguinem, in quibus potest esse pinguedo, quasi ex sanguine generata, circa pupillam ponitur album oculi habens pinguedinem & crassitudinem quadam, ut ex eius caliditate permaneat aqueum pupillae humidum absque congelatione, quae perspicuitatem aquae diminueret, & sic impediretur visio. Et ideo ratione praedictae pinguedinis oculus qui pinguescit propter eius caliditatem nullis unquam passus est frigus in toto, eo quod intra palpebras continetur. In animalibus vero, quae sunt sine sanguine, in quibus non invenitur pinguedo, natura facit oculos durae pellis, ad protegendum humidum aqueum, quod est intra pupillam. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Omnino autem est ratione carens quapiam egrediente re visum cernere, & usque ad astra protendi: aut quod antenus egressum coalescere, ut nonnulli autumant.

Irrationale vero omnino est exeunte quodam visum videre: & aut extendi usque ad astra: aut quod antenus prodeunt coherere, sicut quidam dicunt.

Accedit ad improbandum quod aliqui posuerunt visionem fieri extramittendo, quod erat ratio attribuendi visum igni. unde hoc remoto, & illud remouetur. Et circa hoc duo facit. Primo proponit duas opiniones ponentium quod videmus extramittendo, Secundo improbat alteram illarum. ibi: Iste enim melius est. Dicit ergo primo quod irrationale videtur quod visus videat aliquo ab eo exeunte. Quod quidem aliqui posuerunt dupliciter. Vno modo, ut id quod egreditur ab oculo extendatur usque ad rem visam, ex quo sequitur, quod cum nos videamus etiam astra, id quod egreditur a visu, extendatur usque ad astra: quod continet manifestam impossibilitatem. cum enim egredi non sit nisi corporum, sequitur quod aliquod corpus egrediens ab oculo perveniet usque ad astra: quod idem apparet falsum multipliciter. Primo quidem, quia sequeretur plura corpora esse in eodem loco, tum quia illud, quod egredieretur ab oculo simul esset cum aere, tum quia huiusmodi egredientia ab oculis oporteret multiplicari in eodem medio sicut multitudinem visentium per idem medium. Secundo, quia quilibet emissio corporis in principio quidem est maior, in fine vero attenuatur: propter quod contingit quod flamma ex corpore accenso procedens, tendit in summum, hic autem accidit contrarium. Dicunt enim Mathematici, quorum est haec positio, quod conus corporis egredientis ab oculo, est intra oculum, basis illius in re visa. Tertio, quia non posset quantitas oculi sufficere ad hoc quod tantum corpus ab eo progrediretur, quod attingeret usque ad astra quantumcumque subtile: aliquis enim est terminus subtilitatis corporum naturalium: & propterea quanto esset subtilius, tanto facilius corrumpere. & iterum oportet quod vel esset aer vel ignis illud corpus emissum ab oculo: & aerem quidem emissum emitti ab oculo non est necessarium, quia abundat exterius. Si vero esset ignis, videremus etiam ignem: vel non possemus videre mediante: aqua nec etiam possemus videre nisi in futurum, quod tendit motus ignis. Non autem potest dici quod illud corpus, quod egreditur ab oculo, sit lumen: quia lumen non est corpus, ut probatum est libro de Anima. Alia opinio est Platoni, qui posuit quod lumen egrediens ab oculo non procedit usque ad rem, sed quod antenus. id est aliquod determinatum spatium, ubi, si cohaeret lumen exteriori, ratione cuius cohaerentiae sit visio, ut prius dictum est. Deinde cum dicit.

Visio non fit extra motum do.

Prima opinio.

2. c. 68. Secunda opinio.

N. LEON.

Hoc melius enim est in principio statim oculi coalescere. Iste enim melius est in principio coniungi oculi.

Praetermissa prima opinione tanquam maxime inconvenienti, consequenter improbat secundam dupliciter. Primo quidem, quia inutiliter, & vane aliquid ponitur. Et hoc est quod dicit. Melius esset dicere quod lumen interius coniungeretur exteriori in ipsa interiore extremitate, oculi quam extra per aliquam distantiam. Et hoc ideo, quia in illo spatio intermedio, si non est lumen exterius, extingueretur lumen interius a tenebris sicut in eius positionem, ut supra habitum est. Si vero attingat lumen usque ad oculum, melius est quod statim coniungatur. quia quod potest fieri sine medio melius est quam quod fiat per medium: cum aliquid fieri per pauciora melius sit quam per plura. Deinde cum dicit.

Quod etiam fatuum est. quia enim luminis ad lumen copulatio? aut quoniam hoc fieri. potest modo: non enim cuiusque coalescit quodlibet. & intrinsecum cum extrinsecum quomodo.

N. LEON.

quomodo? cum meninge membranula media sit.

Sed hoc stultum. Quid enim coniungi est lumen luminis? vel quomodo hoc possibile est esse? Non enim quodlibet coniungitur cuiilibet: & interius exteriori quomodo? meninge enim intus est.

Primo Phy. 1. 10.

Improbat coniunctionem luminis interioris ad exterius etiam si fiat in principio oculi. Et hoc tripliciter. Primo quidem, quia coniungi vel separari est proprie corporum, quorum utrunque habet per se substantiam, non autem qualitatum, quae non sunt nisi in subiecto, unde, cum lumen non sit corpus, sed accidens quoddam, nihil est dictum quod lumen adiungatur luminis, nisi forte corpus luminis adiungeretur corpori luminoso. potest autem contingere quod lumen intendatur in aere per multiplicationem luminarium: sicut & calor intenditur per augmentum calefacientis, quod tamen non est per additionem, ut patet in quarto Physicae. Secundo improbat per hoc quod etiam dato quod utrunque lumen esset corpus, non tamen esset possibile quod utrunque coniungeretur, cum non sint eiusdem rationis. Non enim quodlibet corpus natum est coniungi cuiilibet corpori, sed solum illa, quae sunt aequaliter homogenea. Tertio, quia cum inter lumen interius & exterius intercedat corpus medium, sicut meninge, id est tunica oculi, non potest utriusque luminis esse coniunctio.

T. com. 84.

LECTIO V.

Sensuum singulorum organa ex quibusnam elementis consistunt, qua item corporis animalium parte ut in loco situentur docetur.

N. LEON.

Quod quidem sine lumine non contingit videre, alibi per tractatum est. Caterum siue lumen id est, seu aer quod interiacet et inter rem visam & cernentem oculum, profecto motus in hoc visionis est causa.

Quod quidem igitur sine lumine impossibile est videre, dictum est in alijs. Sed siue lumen, siue aer est, quod est inter rem visam & oculum, motus, qui per ipsum est, facit videre.

Postquam philosophus improbat opinionem ponentium visionem fieri extramittendo, hic determinat veritatem. & circa hoc tria facit. Primo manifestat qualiter visio fiat sicut in suam sententiam, Secundo ex hoc reddit causam eius, quod supra positum est de organo visus ibi: Eo rationabiliter. Tertio manifestat causam illam per signum. ibi: Et hoc est ab accidentibus. Resumit ergo primo quod dictum est in libro de Anima. Quod sine lumine impossibile est videre: quia enim visio fit per medium, quod est diaphanum, requiritur ad visionem lumen, quod facit aliud quod corpus esse actu diaphanum, ut dicitur libro de Anima. Et ideo siue illud medium, quod est inter rem visam & oculum sit aer, siue aer illuminatus: siue sit lumen, non quidem per se subsistens, cum non sit corpus, sed in quocumque alio corpore, puta aqua vel vitro, motus, qui fit per huiusmodi medium, causat visionem. Non est autem intelligendum quod huiusmodi motus sit localis, quasi quorundam corporum destitutium a re visa ad oculum, sicut Democritus & Empedocles posuerunt: quia sequeretur quod per huiusmodi destitutium corpora visa diminueretur quousque totaliter consumeretur. sequeretur etiam quod oculus ex occurso continuo huiusmodi corporum destrueretur: neque etiam esset impossibile ut totum corpus ab oculo videretur, sed solum sicut tantam quantitatem, quantam posset pupilla capere. Est autem motus iste secundum alterationem: alteratio autem est motus ad formam, quae est qualitas rei visae, ad quam medium est in potentia in quantum est lucidum in actu, quod est diaphanum interminatum.

2. c. 67.

2. c. 67.

Color autem est qualitas diaphani terminati, ut infra dicitur. Quod autem interminatum est, sic se habet ad terminatum, sicut potentia ad actum. Nam forma est quidam terminus materiae: sed propter aliam rationem diaphanitatis in medio perspicuo sequitur quod medium recipiat alio modo speciem coloris quam sit in corpore colorato, in quo est diaphanum terminatum, ut infra dicitur. Actus enim sunt in susceptivis secundum modum ipsorum: & ideo color est quidem in corpore colorato sicut qualitas completa in suo esse naturali: in medio autem incompleta sicut in quodam esse intentionale: alioquin non posset sicut in eodem medium videri album nigrum. Albedo autem & nigredo prout sunt formae completae in esse naturali, non possunt simul esse in eodem: sed sicut in praedictum esse incompletum sunt in eodem: quia iste modus essendi propter suam imperfectionem appropinquat ad modum, quo aliquid est in aliquo in potentia. Sunt autem in potentia opposita simul in eodem. Deinde cum dicit.

Quod esse haec dicit in medio coloris.

Et rationi certe consentaneum est, ut quod intra est aqua adscribatur, perspicua enim est aqua. cernitur autem, sicut extrinsecus non siue lumine, ita & intrinsecus. Perspicuum igitur oportet esse, & aquam necesse est esse, quando non est aer. non enim in extrema oculi parte anima & illius est sensiterium, sed in intima. quamobrem perspicuum esse, & luminis capax quod intrinsecus est oculi, necesse est.

N. LEON.

Et rationabiliter quod interius, aqua est. Aqua enim perspicua est. Videtur autem sicut exterius non sine lumine & interius. Perspicuum igitur oportet esse. Necesse est igitur aquam esse: quia non est aer. Non enim in ultimo oculi anima, aut anima sensitivum est, sed manifestum quoniam interius. Quare necessario perspicuum est & receptibile luminis, quod interius oculi.

Assignat super id, quod dictum est causam, quare necesse sit visum attribuere aquae, quod supra solum per signa ostenderit, & dicit, quod quia immutatio medij illuminati ad corpore viso causat visionem, rationabiliter id, quod est intra pupillam, quae est organum visus, est aqueum. Aqua enim est de numero perspicuorum. Oportet autem quod, sicut exterius medium est aliquod perspicuum illuminatum, sine quo nihil potest videri, ita etiam intra oculum sit aliquod lumen. Et, cum non sit visio nisi in perspicuo, necesse est quod est intra oculum sit aliquod perspicuum: non autem corpus caeleste, quia non venit in compositione humani corporis, & ideo necesse est quod sit aqua: quae sit servabilior & spissior quam aer, ut dictum est. Quare autem ad videndum requiratur lumen interius, manifestat cum dicit. Non enim in ultimo. Si enim virtus visiva esset in exteriori superficie oculi, sufficeret ad videndum solum lumen exterioris perspicui, per quod immutatio coloris perveniret ad exteriorem superficiem pupillae. Sed anima, siue sensitivum animae non est in exteriori superficie oculi sed intra. Et est attendendum quod signanter addit. Aut anima sensitivum? anima enim, cum sit forma totius corporis, singularum partium eius, necesse est quod sit in toto corpore & in qualibet parte eius: quia necesse est formam esse in eo, cuius est forma: sed sensitivum animae dicitur potentia sensitiva, quae, quia est principium sensibilis operationis animae, quae per corpus exercetur oportet esse in aliqua determinata parte corporis: & sic principium visionis est interius iuxta cerebrum, ubi coniungitur duo nervi ex oculis procedente. Et ideo oportet quod intra oculum sit aliquod perspicuum receptivum luminis, ut sit uniformis immutatio a re visa usque ad principium visuum. Deinde cum dicit.

Ratio quare organum visus sit aqua.

Lumen interius etiam requiritur ad visionem.

Quod

N. LEON. Quod etiam ex his que contingere solent palam est. nam quibusdam in preliis, secundum tempora vulneratis, ita ut oculi meatus abscederentur, vise sunt offundi tenebre ceu extincta lucerna, quoniam perspicuum, & ea, quam vocant pupillam, ceu laterna quadam exsecta esset.

Et hoc etiam ab acciditibus manifestum. Tam enim qui- busdam vulneratis in bello iuxta tempora, ita ut abscederentur pori oculi, accidit fieri tenebras, sicut lucerna extin- cta, eo quod (quasi lampas quadam) abscessum fuit perspi- cuum, vocatum pupilla.

Manifestat quod dixerat per signum, quod accidit in quibusdam, qui in pugnis circa tempora vulnerantur, scilicet in enim poris, qui pupillam continent visui principio, subito tenebrae fiunt per visus amissionem, ac si lucerna extingueretur. Pupilla enim est sicut quadam lampas il- luminata ab exteriori lumine. & ideo, quando praescindun- tur pori continuantes pupillam principio visui, non pos- set lumen huius lampadis vsque ad visuum principium peruenire: & ideo visus obscuratur. Deinde cum dicit.

N. LEON. Quamobrem, si in his contingit ut diximus, manifestum est quod oportet hoc reddere modo, et assignare vnumquod- que sensiterium elementorum. vnicuique, ut oculi quidem vi- siva potestas aquae ascribatur, aeri autem sonorum sensitiua, igni vero odoratus.

Igitur si quidem in his accidit, sicut diximus, manifestum quod si oportet secundum hunc modum attribuere, & assi- gnare vnumquodque sensitiuorum vni elementorum, oculi quidem visuum aquae existimandum, aeris vero sonorum sensitiuum ignis autem odoratum.

Exclusis talis opinionibus aliorum accedit ad princi- pale propositum. Et primo quantum ad organa sensuum non necessarium, secundo quantum ad organa sensuum nec- cessarium. ibi {Tactuum autem}. Circa primum duo facit. Primo adaptat organa sensuum elementis, secundo manifestat quod dixerat, ibi {Quod enim actu odorat- ur}. Circa primum considerandum est quod non fuit sicut sententiam Arist. quod organa sensuum elementis attribue- rentur, ut patet in libro de Anima: sed quia alij philoso- phi organa sensuum quatuor elementis attribuebant, ideo quali in hoc condescendens, dicit quod suppositis his, quae di- cta sunt de visu, oportet, sicut quod aliqui dicunt, vnumquodque sensitiuorum, id est organorum sensus, attribuere alicui vni elementorum, sicut alij faciunt. Existimandum est quod visuum oculi attribuendum sit aquae: sensitiuum autem sonorum sit attribuendum aeri: igni vero odoratum.

Sed hoc videtur esse contra id, quod dictum est in libro de Anima, Pupilla est aquae: auditus vero aeris: olfactus autem alterius: horum autem ignis aut nullus est, aut om- nibus communis. Sed dicendum est quod id, quod est odora- tus potest accipi dupliciter. Vno modo secundum poten- tiam, & sic organum odoratus est aeris vel aquae, ut dicitur in Secundo de Anima. Alio modo secundum actum: & sic est verum quod hic dicitur, ut ipse probabit. Et ideo signanter non dixit odoratum esse ignis, sicut dixerat sensitiuum sonorum esse aeris, & visuum oculi esse aquae: sed dicit odoratum esse ignis. Odoratum enim dicitur secundum potentiam, sed odoratus secundum actum. Deinde cum dicit.

N. LEON. Quod enim actu odoratus est, id potestate odoratum est. Sensibile nanque operari facit sensum: iccirco necesse est ip- sium esse id, quod potestate erat prius. Odor autem fumida quadam exhalatio: huiusmodi vero exhalatio ab igne est.

Quod enim actu odoratus, hoc potentia odoratum est. Sensibile enim facit agere sensum, quare necesse existere ip-

sum potentia prius. Odor vero fumalis euaporatio est: fuma- lis autem euaporatio ab igne.

Probat quod dixerat de organo odoratus. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit odoratum esse in actu ignis. Se- cundo concludit quale debeat esse organum odoratus, quod est odoratus in potentia. ibi {Propter quod & circa cere- brum}. Tertio ostendit similitudinem organi odoratus ad organum visus. ibi {Oculi autem generatio}. Ait ergo primo, quod odoratum, organum habens virtutem odo- randi, oportet quod sit hoc in potentia, quod actualis odoratus est in actu, quod manifestat per hoc quod sensibile facit sen- sum agere, id est esse in actu vel etiam operari. Oportet enim quod sensitiuum sit in potentia sensibile, alioquin non pate- retur ab ipso. vnde relinquatur quod sensitiuum sit in poten- tia sensus in actu. Manifestum est autem quod odor est fuma- lis euaporatio, non quidem ita quod fumalis euaporatio sit ipsa essentia odoris (hoc enim improbatum est, secundo de Anima: longius enim diffunditur odor quam fumalis eua- poratio) sed hoc dicitur, quia fumalis euaporatio est cau- sa quod sentiat odor. Fumalis enim euaporatio est ab igne vel a quocunque calido: ergo odoratus in actu sit per cali- ditatem, quae principaliter est in igne: & ideo in tribus & locis calidis flores sunt maioris odoris. Deinde cum dicit.

Quamobrem odoratus sensiterium eo proprium est loco, ubi cerebrum est frigidum enim materia potestate est calida.

Propter quod & circa cerebrum loco, odoratus proprium sensitiuum est. Potentia enim calida frigidum materia est.

Concludit ex praemissis, quod organum odoratus dicitur esse in loco, qui est circa cerebrum. Organum enim odo- ratus est in potentia odor in actu, qui est per calorem vel ignem: & ita oportet quod sit potentia calidum. Potentia au- tem calidum est materia frigidum: quia eadem est materia contrariorum. nec potest esse in potentia ad vnum, coru- nisi sicut quod est actu sub altero, vel perfecte, vel imperfecte. Imperfecte, sicut quando est sub forma medij, & ideo oportet quod substantia, & essentia organi odoratus sit id, quod est actu frigidum & humidum: quod praecipue est in lo- co circa cerebrum. Vnde organum odoratus est circa ce- brum. Deinde cum dicit.

Oculi quidem etiam constitutio hunc ipsum habet modum. a cerebro nanque conformatus est oculus. id autem ex omni- bus corporis partibus frigidissimum est, & maxime humidum.

Oculi autem generatio eundem habet modum. a cerebro enim constat. Cerebrum autem frigidius & humidius omni- bus partibus corporis est.

Ostendit conuenientiam organi odoratus ad organum visus: & dicit, quod etiam oculi generatio habet eundem mo- dum quantum ad hoc quod constat ex cerebro: quia cerebrum inter omnes partes corporis est humidius & frigidius: & ita habet naturam aquae, quae est naturaliter frigida & hu- mida: & sic congruit organo odoratus, quod debet esse ca- lidum in potentia: & organo visus, quod debet esse aquae.

Sed tunc videtur conuenienter attribuisse Plato visum igni, sicut & hic Arist. odoratum. Dicendum est autem quod organum odoratus est aquae, in quantum aqua est po- tentia calidum, quod est ignis: organum autem visus est aquae in quantum est perspicua, & per consequens lucida in potentia: sed quia ignis est etiam lucidus actu sicut & ca- lidum, adhuc posset aliquis dicere quod conuenienter visus attribuitur igni. Dicendum est ergo quod eodem modo quo Arist. attribuit odoratum igni nihil prohibet visum attribui igni non secundum proprias eius qualitates, quae sunt calidum & siccum: sed sicut quod est lucidus actu: quod etiam attendisse videntur aliqui philosophi, argumentum sumentes

Organum adu- ratum est in- tentia quod est actualis odoratus est in actu

N. LEON

Locus organum odoratus est in actu

N. LEON

Dulcium. Respouit

Replice. Solutio pro- pria.

Solutio ubi, tactu, fumentes a fulgore, qui apparet moto oculo. Sed tamen quantum ad hoc improbavit eorum opin. Arist. non quidem, quia ponebant visum in actu esse ignem, quod ali- qualiter esset verum, in quantum visus in actu, non fit sine lumine, sicut nec odoratus in actu sine calore, sed quae ponebant organum visus esse lucidum actu ponentes vi- sionem fieri non suscipiendo, sed extramittendo. De- inde cum dicit.

N. LEON. Tactus autem potestas terra est. gustatiuum vero tactus quadam est species.

Tactuum autem terra: gustatiuum vero species qua- dam tactus est.

Determinat de organis sensuum necessarium. Et pri- mo ostendit quae cuique elemeto sunt attribuenda secu- do in quo loco sint sita. ibi {Et ideo iuxta cor}. Dicit er- go primo quod organum tactus attribuitur terra, & simili- ter organum gustus, qui est tactus quidam, ut in Tertio de Anima dictum est. quod quidem non est sic intelligendum, quasi organum tactus vel gustus sit simpliciter terreum. Capillis enim & crinibus non sentimus, quae sunt magis terrea. sed quia, ut Tertio de Anima dicitur, terra maxi- ma miscetur in organo ipsorum sensuum. & de organo quidem tactus ratio ista est, quia ut dicitur Secundo de Anima, organum tactus, ad hoc quod sit in potentia ad con- trarios qualitates tangibiles, debet esse mediocriter com- plexionatum: & ideo oportet quod sit ibi sicut in quantitate plus de terra, quae inter alia elementa minus habet de vir- tute actiua. de organo autem gustus ratio manifesta est. Sicut enim organum odoratus debet esse aequum, ut sit ibi potentia calidum, sine quo non fit odoratus in actu, ita etiam organum gustus debet esse terrene, ut sit potentia humi- dum, sine quo non est gustus in actu. Deinde cum dicit.

N. LEON. Et iccirco iuxta cor ipsorum est sensiterium, gustatus in- quam & tactus cerebro enim oppositum est cor, & omnium est partium calidissimum. Et de sensitiuis quidem corporis partibus hoc determinatum sit modo.

Et ideo iuxta cor sensitiuum est ipsorum scilicet gustus & tactus. cor enim oppositum est cerebro, & est calidissimum partium. Et de sensitiuis quidem partibus corporis hoc mo- do sit determinatum.

Ostendit ubi sit organum tactus & gustus constitutum. & dicit quod est iuxta cor: & assignat huius rationem, quia cor est oppositum cerebro secundum situm & qualitatem: & sicut cerebrum est frigidissimum omnium, quae in corpore sunt, ita & cor est calidissimum inter omnes corpo- ris partes: & propter hoc sibi inuicem opponuntur secu- dum situm, ut per frigiditatem cerebri temperetur cali- ditas cordis. Et inde est quod illi, qui habent paruum caput secundum proportionem ceterorum membrorum impe- tuosi sunt, tanquam calore cordis non sufficienter reflexo per cerebrum. Et e converso illi, qui excedunt immodera- te in magnitudine capitis sunt nimis humorosi & pingui- res per magnitudinem cerebri calorem cordis impediem- tem. propter quod oportet organum tactus quod terreum est esse principaliter in loco calidissimo corporis, ut per caliditatem cordis ad temperiem terra: frigiditas reduca- tur. Nec obstat quod per totum corpus animal sentit sensu ta- ctus: quia sicut alij sensus sunt per medium extrinsecum, ita tactus & gustus per medium intrinsecum, quod est ca- ro: Et sicut visuum principium non est in superficie ocu- li, sed intrinsecus, ita etiam principium tactiui est intrin- secus circa cor, cuius signum est quod laesio, si accidat in lo- cis circa cor, est maxime dolorosa. nec tamen oportet esse duo principia sensitiua in animali. Vnum circa cerebrum ubi

constituitur principium visuum, odoratum, & auditi- uum: & aliud circa cor ubi constituitur principium tacti- uum & gustatiuum. Sensitiuum enim principium primo quidem est in corde, ubi est fons caloris in corde anima- lis. Nihil enim est sensitiuum sine calore, ut dicitur in lib- ro de Anima, sed a corde deriuatur virtus sensitiua ad cere- brum: & exinde procedit ad organa trium sensuum, visus, auditus, & odoratus. tactus autem & gustus referuntur ad ipsum cor per medium coniunctum, ut dictum est.

Vltimo autem epilogat quod de sensitiuis partibus cor- poris sit hoc modo determinatum sicut in superioribus habitum est.

LECTIO VI

Sensibilium doctrinam aggreditur, Luminis item ac Perspicui naturam explicans, caloris perfe- ctam rationem deducit.

De sensibus autem per vnumquodque sensiterium, ut N. LEON. de colore, sono, odore, sapore, & tactu, generatim quidem di- ctum est in his, quae de Anima: quod scilicet illorum sit opus, & quid per vnumquodque sensiterium sit operari. Quid au- tem illorum quodque dicendum sit, ut quid color, aut so- nus, aut odor, aut sapor, similibus modo de tactu, consyde- randum est, & primum de colore.

De sensibilibus autem his, quae secundum vnumquod- que sensitiuum, puta dico colore, sono, odore, gustu, & tactu, vniuersaliter dictum est, quae actio ipsorum in his, quae de Anima: & quid operari secundum vnum- quodque sensitiuum. Quid autem oporteat dicere quod- libet eorum, scilicet quid color, quid sonus, quid odor, quid sapor: similiter & de tactu consyderandum est, & primum de colore.

Postquam philosophus ad organa sensuum applicauit consyderationem de sensibus animalium, hic applicat ea ad ipsa sensibilia. Et primo dicit de quo est intentio, Secun- do exequitur propositum. ibi {Quemadmodum igitur di- ctum est de lumine}. Circa primum duo facit. Primo pro- ponit intentum, Secundo manifestat quod dixerat, ibi {Est quid igitur vnumquodque}. Dicit ergo primo, quod sen- sibilis proprius, quae sentiuntur secundum vnumquod- que sensitiuum, id est secundum singula organa sensuum: quod dicitur ad differentiam sensibilibus communium, sicut de colore, sono, & odore, quae sentiuntur per visum, auditum, & odoratum: & de gustu, & tactu, id est sensibilibus horum sensuum dictum est in libro de Anima vniuersaliter: & quomodo habent in sensum agere, & qualis sit operatio sensus secundum vnumquodque organum immutatum a praedicto sensibili. Dictum est enim in Secundo de Anima, quod sensus est potentia sensibile: & quod sensibilia faciunt sen- sum esse in actu. Sed nunc consyderandum est quid sit quodlibet sensibile secundum seipsum, scilicet quid sit color: quod sonus, quid odor, quid sapor, & similiter de tactu, id est de sensibilibus tactus. Sed primum dicendum est de colore, qui est obiectum visus, eo quod visus est spiritualior inter om- nes sensus. Non est autem per hoc intelligendum, quod de omnibus his sensibus in hoc libro determinare intendat, sed quod omnium horum sensibilibus consyderatio, necessaria sit ad propositam intentionem, sed cum sensibilia tactus sunt vel proprietates elementorum, scilicet calidum, frigidum, humi- dum, & siccum, de quibus determinatum est libro de Ge- neratione: vel sint proprietates corporum distinctorum, sicut durum & molle, & alia huiusmodi, de quibus deter- minatum est in libro Meteororum. vnde nunc restat de terminare de tribus, id est de colore, odore, & sapore. De sono enim

Solutio ubi, tactu,

Organum gustu- suum & tactus sunt terra.

T. c. 63.

N. LEON.

Organum gustu- suum & tactus sit iuxta cor.

Quare bonis- simi parui capi- ni sunt impu- entis.

A. C. F. 130.

N. LEON.

Lea 10. 11.

A. C. F. 130. enim

enim determinatum est in libro de Anima: eo quod eadem est ratio generationis soni, & immutationis auditus organi à sono. Qualiter autem immutentur organa sensuum à sensibilibus pertinet ad considerationem libri de Anima. Deinde cum dicitur.

N. LEON.

Illorum igitur unumquodque bifariam dicitur, actu scilicet & potentia. Quomodo autem color actu & sonus eadem sunt, & diversa à sensibus, qui sunt actu ut à visione, & auditione, in commentariis de Anima dictum est. Quid autem eorum unumquodque existens sensum efficiat, & actum, nunc recensamus.

Est quidem igitur unumquodque dupliciter dictum, hoc quidem actu, hoc autem potentia. Quomodo quidem igitur actu color & sonus, quomodo est idem vel alterum his, qui secundum actum sensibus, puta visioni & auditioni, dictum est in eis, que de Anima. Quid autem unumquodque eorum existens faciat sensum & actum nunc dicamus.

Sensibile unumquodque dupliciter.

Exponit quod dictum est, scilicet considerandum sit quid sit color & sapor &c. Unumquodque horum enim dupliciter est. Uno quidem modo prout sentitur in actu. Alio vero modo, prout est sensibile in potentia. Quod autem sit unumquodque eorum secundum actum, id est secundum quod est color actu perceptus à sensu ut sapor vel quodcunque aliud sensibile, dictum est in libro de Anima, quomodo scilicet unumquodque horum idem sit, vel alterum sensui secundum actum, scilicet visioni vel auditioni: quia videlicet visibile in actu est idem visioni in actu, visibile autem in potentia non est idem visui in potentia: ergo quid unumquodque sensitivum sit in actu dictum est in libro de Anima, in quo determinatum est de sensibilibus in actu: sed quid sit unumquodque eorum secundum seipsum, quod natum est facere sensitivum actu, est nunc dicendum in hoc libro. Deinde cum dicitur.

N. LEON.

Quemadmodum igitur dictum est de lumine in illis, quod scilicet est color perspicui per accidens. Nam quotiens ignem quippiam in est perspicuo, illius quidem presentia lumen est absentia vero tenebra.

Quemadmodum igitur dictum est de lumine in alijs: quod sit color perspicui secundum accidens. Quando enim inest aliquid ignitum in perspicuo, presentia quidem lumen est, privatio vero tenebrae.

Lumen quid.

Determinat de sensibilibus secundum modum præactum. Et primo de colore, Secundo de sapore. ibi {De odore vero & sapore.} Tertio de odore, ibi {Eodem autem modo oportet intelligere.} Prima autem pars dividitur in duas partes. In prima ostendit quid sit color in communi, In secunda parte determinat de differentijs colorum. ibi {Est ergo inesse perspicuo.} Circa primum duo facit. Primo proponit principia coloris, Secundo inuestigat coloris definitionem ex huiusmodi principijs. ibi {Quemadmodum ergo & corporum. Est autem duplex coloris principium. Unum quidem formale, scilicet lumen, aliud materiale, scilicet perspicuum. Primo ergo tangit principium formale, scilicet lumen, Secundo principium materiale, scilicet perspicuum. ibi {Quod autem dicimus perspicuum.} Dicit ergo primo quod sicut dictum est libro de Anima, lumen est color perspicui: quod quidem dicitur secundum quandam proportionem, ex eo quod sicut color est forma & actus corporis colorati, ita lumen est forma & actus perspicui. Dissert autem quantum ad hoc quod corpus coloratum in seipso habet causam sui coloris. Sed corpus perspicuum habet lumen ab alio: & ideo dicit quod lumen est color perspicui secundum accidens, id est per aliud, non quia lumen sit actus perspicui in quantum huius. Quod autem sit actus eius secundum aliud ma-

Principia coloris duplex.

2. l. c. 6.

nifestat per hoc, quod quando aliquod corpus ignitum, id est actu lucidum, adest perspicuo, ex presentia eius sit lumen in perspicuo: ex privatione vero sunt tenebrae. Non sic autem est de colore quia color manet in corpore colorato quocumque presente vel absente: licet non sit actu visibilis sine lumine. Deinde cum dicitur.

Quid autem vocamus perspicuum non est aeris aut aquae, aut alicuius sic appellatorum corporum proprium, sed communis quedam natura & potestas, que separata quidem non est, in ijs autem est, & alijs etiam inest corporibus, ijs quidem magis illis vero minus.

Quod autem dicimus perspicuum, non est proprium aeris vel aquae, nec alicuius sic dictorum corporum, sed est quedam communis natura, & virtus, que separata quidem non est. In his vero est & in alijs corporibus, in his quidem magis, in his vero minus.

Determinat de perspicuo, & dicit quod hoc dicitur perspicuum, non est proprium vel aeris, vel aquae, vel alicuius huiusmodi corporum: sicut est vitru & alia corpora transparentia, sed est quedam natura communis, que in multis corporibus invenitur. id est quedam naturalis proprietas in multis inuenta. quam etiam virtutem nominat in quantum est quoddam principium visionis. Et quia Plato ponebant communia, sicut sunt separata secundum rationem, ita etiam separata esse secundum esse, ideo ad hoc excludendum subiungit, quod natura perspicuitatis non est aliqua natura separata, sed est in his corporibus sensibilibus, scilicet in aere & aqua, & in alijs, in quibusdam quidem magis, in quibusdam vero minus. Ad cuius evidentiam sciendum est quod philosophus dicit in secundo de Anima, visibile non solum est color, sed etiam quoddam aliud, quod ratione comprehenditur inominatum. Est autem in genere visibilis communiter accepti, aliquid ut actus, aliquid vero ut potentia. non est autem in hoc genere ut actus aliqua qualitas propria alicuius elementorum, sed ipsum lumen, quod est quidem primo in corpore celesti, derivatur autem ad inferiora corpora. Ut potentia quidem in hoc genere est id, quod est proprium luminis susceptivum: quod quidem in triplici ordine graduum se habet.

Primus quidem gradus cum id quod est luminis susceptivum est totaliter lumine repletum, quasi perfecte in actu reductum, ita quod ulterius non sit receptivum alicuius qualitatis vel formae huius generis, quod quidem inter omnia corpora maxime competit Soli. Unde corpus solare: non potest esse medium in visu, ut sit recipiens & reddens formam visibilem. Proprietas autem lucendi secundum ordinem quandam descendendo, procedit usque ad ignem: ulterius usque ad quedam corpora, que propter parvitatem sui luminis, non possunt lucere nisi in nocte, ut supra dictum est.

Secundus gradus est eorum, que de se non habent lumen in actu, sed sunt susceptiva luminis per totum. huiusmodi corpora proprie dicuntur perspicua siue transparentia, vel diaphana. phanō enim in græco idem est quod visibile. Et hæc quidem proprietas transparendi invenitur quidem maxime in corporibus celestibus præter corpora astrorum, que occultant quod post se est: secundario autem in igne, secundum quod est in propria sphaera propter raritatem, tertio in aere, quarto in aqua, quinto etiam in quibusdam terrenis corporibus propter abundantiam aeris vel aquae in ipsis. Tertius & infimus gradus est terræ, que maxime distat à corpore celesti: que minime nata est recipere de lumine, sed in superficie tantum. exteriores enim partes propter sui grossitiam interiores obumbrant, ut ad eas non perveniat lumen. Quamvis autem in solis

N. LEON.

T. c. 7.

Triples gradus luminis.

Secundus.

Phanō id est visibile dicitur.

Tertius.

in solis corporibus medijs gradus proprie dicatur perspicuum, vel diaphanum secundum nominis proprietatem, communiter tamen loquendo, potest dici perspicuum, quod est luminis susceptivum qualitercunque. Et ita videtur philosophus hic de perspicuo loci. Deinde cum dicitur.

N. LEON.

Quemadmodum igitur corporum necesse est aliquid esse ultimum, ita & huius. Quod autem illius, quod in corporibus est perspicui extremum sit quiddam, palam est omnibus. Quod vero id sit color, ex ijs, que accidunt est manifestum. color enim aut in extremitate est, aut extremus. Quamobrem Pythagorici superficiem colorem vocabant. Est autem in extremo sanè corpore, sed non est corporis extremum.

Quemadmodum ergo & corporum, necesse est ultimum esse, & huius luminis quidem igitur natura, in indeterminate perspicuo est. Ipsi autem quod in corporibus perspicui ultimum, quod quidem erit utique aliquid palam est. Quod autem hoc sit color ex accidentibus manifestum, & utique color in extremitate, aut extremitas est. Unde Pythagorici epiphaniam colorem vocabant. Est quidem enim in corporis extremitate, sed non est extremitas corporis.

Inuestigat definitionem coloris. Et primo inuestigat genus. Secundo differentiam. ibi {Sed eandem naturam.} Tertio definitionem. conclusit. ibi {Quare color utique etiam.} Est autem considerandum quod semper oportet subiectum ponere in definitione accidentis, ut dicitur septimo Meta. differenter tamen. Nam, si accidens definitur in abstracto, subiectum ponitur loco differentiæ. id autem, quod pertinet ad genus accidentis, ponitur loco generis: sicut cum dicitur symitas est curvitas nasi. Cui autem accidens definitur in concreto, e converso subiectum ponitur loco generis: sicut cum dicitur, symus est nasus curvus.

T. c. 4.

Quia ergo hic color definiendus est in abstracto, primo incipit inuestigare loco generis id, quod est essentialiter ipse color. Et conclusit ex prædictis, quod perspicuum non sit natura separata, sed in corporibus existens, necesse est quod sicut corporum, in quibus hæc natura invenitur est aliud ultimum, si sit finis, ita & ipsius perspicui, quod significat qualitatem talium corporum, oportet esse aliquid ultimum. Et eadem ratio est de omnibus qualitibus corporum, que per accidens sunt quanta secundum corporum quantitatem. Unde per accidens terminatur secundum corporum terminationem. Est ergo considerandum quod sicut corporum, quedam terminata dicuntur, quia proprijs terminis terminantur, sicut corpora terrestria: quedam in terminata, eo quod non terminantur proprijs terminis, sed alienis, ita etiam est & circa perspicuum. Quoddam enim est interminatum ex seipso: quia nihil habet in se determinatum, unde ipsum videatur. Quoddam autem est terminatum, quia determinate habet aliquid in seipso, unde videatur secundum propriam terminationem. Perspicuum igitur indeterminate est susceptivum luminis: cuius natura non est ut suscipiatur solum in extremo, sed per totum medium. Manifestum est autem quod ipsius perspicui, quod significat qualitatem in corporibus existentem, ut dictum est, est aliquid ultimum: & quod sit color, manifestum est ex his, que accidunt. non enim videntur corpora colorata, nisi secundum suas extremitates. Per quod apparet quod color, vel est extremitas corporis, vel est in extremitate corporis. Et inde est quod Pythagorici colorem vocabant epiphaniam, id est apparitionem: quia illud, quod apparet in superficie corporum, color est. Non est autem verum quod color sit extremitas corporis, ut Pythagorici posuerunt: quia sic esset superficies, vel linea, vel punctus: sed est in extre-

mitate corporis, sicut natura perspicui est in corporibus. Deinde cum dicitur.

N. LEON.

Verum eandem oportet censere naturam, que coloratur extrinsecus, intrinsecus etiam colorari. Apparet autem aer & aqua colorata, quoniam splendor talis est. Sed in ijs quidem quoniam interminato est de prope & accedentibus, & à longe, neque aer neque mare eundem habent colorem: in corporibus vero, nisi id quod continet mutationem faciat, determinata est coloris apparatus. Manifestum igitur est quod idem & hic & ibi capax coloris est. Propterea perspicuum, in quantum corporibus inest. inest autem aut plus, aut minus, ut colore participant omnia sanè præstat. Quoniam autem in extremo est color, in huius sanè erit extremo.

Sed eandem naturam oportet existimare, & eam que exterius coloratur, & hanc que & interius. Videntur autem aer & aqua colorata. Etenim aurora talis. Sed ibi quidem, quoniam in indeterminate accidit, non eundem colorem habet accidentibus prope & longe, nec aer, nec mare. In corporibus vero, nisi continens faciat transmutationem determinata est phantasia coloris. Manifestum igitur quod idem & ibi, & hic, susceptivum coloris est. Perspicuum ergo secundum, quod existit in corporibus. (Inest autem, aut plus aut minus) in omnibus coloris facit participare. Quoniam autem in extremitate color, huius utique extremitas aliqua erit.

Inuestigat id quod ponitur in definitione coloris sicut differentia, & eius subiectum, quod est perspicuum. Et dicit, quod oportet existimare eandem naturam esse, que est susceptiva coloris in corporibus, que coloratur exterius, id est non per proprium colorem, sed ex aliquo exteriori: & in his, que colorantur interius per proprium colorem. Illa autem, que colorantur ab exteriori, sunt perspicua, sicut aer, & aqua. & hoc manifestat per colorem, qui apparet in aurora ex resplendentia radiorum solis ad aliqua corpora. Assignat tamen differentiam inter corpora, que colorantur ab exteriori vel à seipsis. In his enim, que ab exteriori colorantur, propter hoc quod non habent determinatum colorem de se, non videtur idem color de prope & de longe, sicut apparet in aere & aqua maris, que de longe apparet alterius coloris, quod de prope. Quia enim horum color videtur secundum aliquam reuerberationem, necesse est quod secundum varietatem situs prospicientem varietur apparitio propter diversam reuerberationis figuram: sed in corporibus, que de se habent determinatum colorem est determinata phantasia apparitio coloris. & non varietur secundum diversum situm aspicientium, nisi forte per accidens, puta cum corpus continens faciat aliquam transmutationem apparitionis, vel quando color videtur per alium: sicut quæ continentur in vase vitri rubei videntur rubea: vel etiam per aliquam reuerberationem splendoris, sicut patet in collo columbar. Quia igitur color, qui videtur in utrisque corporibus, non differt secundum proprium subiectum coloris, sed secundum apparitionis causam, que est vel interius, vel exterius, manifestum est quod utrobique est idem susceptivum coloris. Manifestum etiam, quia in ijs, que colorantur ab exteriori, perspicuum est susceptivum coloris, & etiam quod in his, que colorantur interius, perspicuum est quod facit ea participare colorem. quod quidem perspicuum in corporibus invenitur secundum magis & minus ut dictum est. Quæ enim istorum corporum plus habent de aere vel aqua, plus habent de perspicuo: minus autem habent, que superabundant in terrestri. Si ergo coniugamus duo, que dicta sunt, scilicet quod color sit in extremitate corporis: & quod corpora participant colorem secundum

Error Pythagorici ut colorum.

dum perspicuum, sequitur qd color sit quedam extremitas perspicui. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Tercio color perspicui in corpore determinato est extremitas.*

*Quare color utique erit perspicui extremitas indeterminato corpore.*

Concludit definitionem coloris, & primo in his, quae per se colorantur interius, secundo in his, quae colorantur ab exteriori. ibi {Et ipsorum autem perspicuorum.} Concludit ergo, qd color est extremitas perspicui in corpore determinato. qd quidem additur, eo qd huiusmodi corpora sunt, quae secundum se colorantur. In definitione autem debet poni id, quod est per se. Quod autem dicit colorem esse extremitatem perspicui, non repugnat ei, quod dixerat supra colorem non esse extremitatem. illud enim dixit de extremitate corporis, hoc autem de extremitate perspicui: quod nominat corporis qualitatem, sicut calidum & album. Et ideo color non est in genere quantitatis, sicut superficies, quae est extremitas corporis, sed est in genere qualitatis, sicut & perspicuitas. quia extremum, & id, cuius est extremum, vnius generis sunt. Si autem corpora intrinsecus quidem habent superficiem in potentia, non autem actu, ita etiam intrinsecus non colorantur in actu, sed in potentia, quae reducitur ad actum facta corporis diuisione. Illud autem intrinsecus non habet virtutem mouendi visum, quod per se color conuenit. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et ipsorum etiam perspicuorum, ut aqua, & siquid aliud huiusmodi est, quibus proprius apparet inesse color in extremo similiter omnibus inest.*

*Et ipsorum autem perspicuorum, puta aqua, & siquid aliud tale quorumcunque videtur aliquis color proprius esse secundum extremitatem similiter omnibus inest.*

Manifestat rationem coloris quantum ad ipsi perspicua interminata, sicut est aqua vel quicquid aliud huiusmodi habet aliquem colorem: quia in omnibus his non est color, nisi secundum extremitatem.

LECTIO VII.

Coloris in extremos ac medios partitio. ipsorumque duplex generationis ac distinctionis modus assignatur.

N. LEON. *Et sane accidit ipsi inesse perspicuo huiusmodi quippiam, quod in aere facit lumen: contingit etiam non inesse, sed priuari. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, illud vero tenebra, ita in corporibus sunt album & nigrum.*

*Et ergo inesse in perspicuo hoc quod in aere facit lumen: est autem non, sed priuatum esse. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, hoc vero tenebra, ita & in corporibus inest album & nigrum.*

Postquam philosophus ostendit quid est color, hic procedit ad distinguendum species colorum. Et primo quantum ad colores extremos, secundo quantum ad colores medios. ibi {De aliis autem coloribus.} Quia vero differentiae, quibus species distinguuntur, debent esse per se generis diuisivae & non per accidens, ut patet in 7. Metaph. ideo ex ipsa natura coloris, quam per definitionem supra positam explicauerat, concludit diuersitatem specierum ipsius. Habitum est enim ex praemissis, quod subiectum coloris est perspicuum sicut lumen extremum in corporibus terminatis, proprius autem actus perspicui in quantum huius, est lux, cuius praesentia in diaphano non determinato, sicut est aer, facit lumen, eius autem absentia facit tenebras. Contingit ergo in extremo perspicui terminatorum corporum inesse illud, quod in aere facit lumen: & hoc faciet ibi colorem album, & per eius absentiam efficietur

Differentiae colorum ex lumine causantur.

color niger, quod quidem non est sic intelligendum quasi in colore nigro nihil sit luminis, sic enim nigredo non est contraria albedini, utpote non participans eandem naturam, sed esset pura priuatio, sicut tenebra aeris. Sed dicitur nigredo causari per absentiam luminis, quia minimum habet de lumine inter omnes colores, sicut albedo plurimum. Contraria enim sunt, quae in eodem genere maxime distant, ut dicitur 10. Metaph. Deinde cum dicit.

*De alijs autem coloribus nobis dicendum est, prius tamen diuidendo quot fieri modis contingit illos. Contingit autem iuxta se positis albo & nigro ita, ut eorum neutrum ob paruitatem cernatur, ambo autem iuncta videantur, sic fieri: id enim neque album, neque nigrum esse potest. Quoniam vero necesse est quempiam habere colorem, illorum autem neutrum esse potest, mixtum quiddam, colorisq; speciem diuersam esse necesse est. Et hoc profecto existimare licet modo, plures esse colores quam album & nigrum.*

*De alijs autem coloribus iam diuidentes quot modis contingit fieri dicendum. Contingit n. inuicem positis albo & nigro, ita quod vnumquodque eorum sit inuisibile propter paruitatem. Quod autem ab ambobus visibile sic fieri, hoc enim neque album potest videri, neque nigrum. quoniam autem necesse quidem est quendam colorem habere: neutrum autem horum possibile est, necesse est commixtum esse, & speciem quandam coloris aliam. Est quidem ergo sic accipere plures colores esse, quam album & nigrum.*

Procedit ad distinguendum colores medios & diuiditur in partes duas. In prima ponit quosdam modos generationis distinctionis colorum mediorum non secundum ipsorum existentiam, sed sicut in apparentiam, secundo assignat veram generationem mediorum colorum secundum suam naturam. ibi {Si autem commixtio est corporum.} Circa primum philosophus duo facit. Primo ponit duos modos generationis & distinctionis mediorum colorum secundum apparentiam. Secundo comparat illos modos ad inuicem. ibi {Dicere autem sicut Antiqui.} Prima pars diuiditur in duas, secundum duos modos, quos ponit secunda pars incipit. ibi {Vnus autem apparere.} Circa primum duo facit. Primo ponit generationem colorum mediorum, secundo assignat distinctionem ipsorum. ibi {Multos autem proportionem.} Dicit ergo primo, qd cum dictum sit de coloribus extremis, dicendum est de alijs coloribus, s. medijs, distinguendo quot modis contingit eos generari. Supponitur ergo aliquid esse inuisibile propter eius paruitatem, contingit ergo duobus paruis corporibus non visibilibus propter paruitatem iuxta se positus, quorum vnum sit nigrum, & aliud sit album, illud, qd ex utroque compositum est, videri propter maiorem quantitatem. Omne autem, quod videtur in huiusmodi corporibus, secundum aliquem colorem videtur. Illud autem totum, nec videtur ut album, nec ut nigrum: quia tam illud quod est album, qd illud, quod est nigrum in ipso, positum est esse inuisibile propter paruitatem. Vnde necesse est qd videatur quasi quidam color ex utroque commixtus: & sic fit alia species coloris praeter album & nigrum. Ex quo patet quod contingit colores plures accipere, quam album & nigrum. Deinde cum dicit.

*Multos autem proportionem. Tria enim ad duo, & rursum tria ad quatuor, & per alios numeros iuxta se inuicem consistere contingit. Alios autem nulla omnino proportionem, sed excessu defectuque incommensurabili.*

*Multos autem proportionem: tria est ad duo & tria ad quatuor, & secundum alios numeros est iuxta se inuicem late-re. Hi autem omnino secundum nullam proportionem sunt: sed*

N. LEON

Colores medijs qualiter generantur.

N. LEON

sed secundum abundantiam quandam & defectum incommensurabilem.

Assignat distinctionem mediorum colorum, & primo assignat causam distinctionis mediorum colorum ex diuersa proportionem albi & nigri, secundo assignat causam quare quidam colores medijs sunt delectabiles, & quidam non. ibi {Et eodem itaque modo.} Circa primum considerandum est, qd sicut philosophus dicit 10. Meta. ratio mensurae primo quidem inuenitur in numeris, secundo in quantitatis continuis, deinde vltimo transfertur etiam ad qualitates, sicut in eis potest inueniri excessus vnius qualitatis super aliam: siue per modum extensionis, prout aliquid dicitur alio albius: siue per modum extensionis, prout dicitur, albedo maior, quae est in maiori superficie. Quia vero proportio est quadam habitudo quantitatum ad inuicem, vbicunque dicitur quantum aliquo modo, ibi potest dici proportio. & primo quidem in numeris, qui omnes sunt ad inuicem commensurabiles. Communicant autem omnes in prima mensura, quae est vnitatis. Sunt autem diuersae proportionem numerorum, sicut in diuersi numeri ad inuicem comparantur. Alia enim est proportio, tria ad duo: quae vocatur sexquialtera, & alia quatuor ad tria, quae vocatur sexquitercia. Quia vero quantitates continuae non resoluitur in aliquod indiuisibile, sicut numeri in vnitatem, non est necesse omnes quantitates continuas esse ad inuicem commensurabiles, sed est inuenire aliquas, quarum vna excedat alteram: quae tamen non habent commensurationem. Quaecunque tamen quantitates continuae proportionantur ad inuicem, secundum proportionem numeri ad numerum, earum est vna mensura communis, puta si vna sit trium cubitorum, & alia quatuor: utraque mensuratur cubito. Et ad hunc modum in qualitatis etiam contingit esse excessum & defectum: vel secundum aliquam proportionem numeralem, vel secundum excessum commensurabilem. Et hoc est quod dicit qd contingit esse multos medios colores secundum diuersas proportionem, contingit enim qd album iaceat iuxta nigrum secundum proportionem duorum ad tria, vel trium ad quatuor, vel quorumlibet aliorum numerorum: aut secundum nullam proportionem numeralem, sed solum secundum incommensurabilem superabundantiam & defectum. Deinde cum dicit.

T. c. 2. & 8. T. 13. u. 6. 76.

N. LEON.

Colores medijs quare sunt delectabiles.

*Et eodem itaque se habere modo existimandum est ut consonantiae se habent. Qui enim in exactissime proportionem numeris sunt colores, quemadmodum ibidem consonantiae, gratissimi profecto esse videntur, ut purpureus & puniceus, & alij id genus pauci, quam etiam ob causam consonantiae sunt pauci. qui autem non sunt in numeris, alij sunt colores.*

*Eodem itaque modo, hoc oportet habere & in consonantijs. Quidem in numeris, proportionatissimi sunt colores: quemadmodum ibi concordantiae, hi autem delectabilissimi colorum esse videntur, veluti croceus & puniceus. Pauci autem tales propter causam, propter quam quidem & symphonias pauci. Qui autem non in numeris, alij colores.*

Ostendit quare quidam colores sunt delectabiles, & quidam non, & assignat circa hoc duas rationes. Secundam ponit. ibi {Vel etiam omnes colores.} Dicit ergo primo, qd ex quo medijs colores distinguuntur sicut diuersas proportionem albi & nigri {Eodem modo oportet} se habere in medijs coloribus, sicut & in consonantijs: quae causantur sicut in proportionem vocis grauis & acute. Sicut enim in consonantijs illae sunt proportionatissimae: & delectabilissimae

mae quae consistunt in numeris, sicut dyapason in proportionem duorum ad vnum, & diapente in proportionem trium ad duo: ita etiam in coloribus illi, qui consistunt in proportionem numerali sunt proportionatissimi, & hi etiam videntur delectabilissimi, sicut croceus & purpureus, & rubeus & subrubeus. Et sicut pauci sunt symphonias delectabiles, ita etiam pauci sunt colores tales. Alij vero colores, qui non sunt delectabiles, non consistunt in proportionem numerali. Deinde cum dicit.

N. LEON.

*Aut certe omnes in numeris esse colores, & alios quidem ordine dispositos, alios nullo ordine. & hos ipsos cum minus puri fuerint, quoniam non sunt in numeris, tales fieri. Vnus quidem colorum constitutionis modus, hic est.*

*Vel etiam omnes colores in numeris esse alios quidem ordinatos, alios vero inordinatos. & hos ipsos, quando non puri sunt, quia non sunt in numeris tales fieri. Vnus si quidem modus generationis colorum, hic est.*

Assignat aliam rationem, quare quidam colores sunt delectabiles, & quidam non. Et dicit qd omnes species colorum possunt dici qd sint ordinate sicut in numeros. Et potest ad hoc mouere, quia si sit excessus solum sicut in superabundantiam & defectum, non erit alia species coloris, sed tunc solum quae superabundantia & defectus est sicut in aliqua proportionem numeralem. Hoc autem supposito adhuc sequeretur ipsos eosdem colores esse inordinatos: quando non sunt puri: ut puta si in vna parte sit excessus albi supra nigrum secundum vnam proportionem, in alia autem parte secundum aliquam aliam numeralem proportionem, & hoc confuse & absque ordine. Et ideo, quando non erit per totum eadem proportio numeralis, sequitur qd huiusmodi colores erunt inordinati & indelectabiles. Vltimo autem concludit qd huc esse vnum modum generationis mediorum colorum. Deinde cum dicit.

N. LEON.

*Alter autem, cum per alterutrum apparent quemadmodum facere interdum pictores solent, cum alium colorem euidentiori alio superinducunt, si quando in aqua quippiam, aut in aere quod appareat effigere cupiunt, atque ut sol, qui de per se quidem albus cernitur, per caliginem autem vel sumum puniceus apparet.*

*Vnus autem apparere alterum per alterum. Quemadmodum animalium pictores faciunt alterum colorum super alterum, & manifestiore superponentes, quemadmodum quando in aqua vel aere, voluit aliquid facere apparet, & quemadmodum sol secundum se, quidem albus videtur, per caliginem vero & sumum puniceus.*

Ponit secundum modum generationis mediorum colorum. Et primo assignat generationem colorum mediorum. Secundo distinctionem ipsorum. ibi {Multi autem & sic erunt.} Dicit ergo primo, qd praeter modum praedictum est vnus alius modus generationis mediorum colorum sicut in apparentiam, per hoc, qd vnus colorum apparet per alium, ita qd ex duobus coloribus resoluta apparitio cuiusdam medijs coloris. Et ponit duo exempla, primum in Artificibus, sicut quique faciunt pictores ponentes vnum colorem super alium, ita tamen qd manifestior color, fortior & tenacior subtus ponatur, alioquin si debiliior poneretur subtus, nulatenus appareret: & hoc praecipue faciunt quae volunt facere in sua pictura qd aliquid appareat, ac si esset in aere vel aqua, ut puta cum pingunt pisces quasi in mari natantes, tunc enim superponunt fortiori coloris piscium, quendam debilem colorem, quasi aqua. Aliud vero exemplum ponit in rebus naturalibus. Sol enim secundum se videtur albus propter luminis claritatem: sed quando videtur a nobis mediante caligine siue fumo resolutum a corporibus, nec

N. LEON.

B.

M.

N. LEON.

M.

N. LEON.

LEON.

tunc puniceus, i. rubicundus. Et sic patet qd id, quod f m se est vnus coloris quando videtur per alium colorem fa cit apperentiam tertij coloris. f. vnus enim f m se non est rubens, sed magis niger. Deinde cum dicit,

Multi autem sic erunt colores eodem, quo dictum est modo. proportio enim quedam sanè erit eorum, qui in superficie sunt, ad illos qui in profundo existunt. quidam autem in nulla pennis erunt proportione.

Multi autem, & sic erunt colores eodem modo prius dicto. proportio enim erit vtique quedam eorum, qui in superficie, ad eos, qui sunt in profundo. Quidam autem & omnino non sunt in proportione.

Asignat etiam secundum hunc modum rationem distinctionis colorum. Et dicit, qd eodem modo multiplicatur medij colores f m hunc modum generationis eorum, sicut & f m predictum, f. m diuerlas proportiones. Est enim accipere quandam proportionem coloris infra positi, quod dicit esse in profundo, ad colorè supra positum, quem dicit esse in superficie. Et quidam tamè colores, supra & infra positi nō sunt in proportione aliqua numerali: & ideo causantur colores vt delectabiles & indelectabiles, vt supra dictum est.

LECTIO VIII.

Ipsa mediorum colorum generatio ex cōmuni ac propria corporū mitione insinuat: cur item, & q̄to multiplicentur ipsi medij colores dilleritur.

Absurdum igitur est dicere, vt Veteres voluerunt, colores defluxum esse quosdam, & talem ob causam videri. omnium enim de illorum sententia per contactum sensationes fieri necesse est. Quamobrem melius continuo est dicere sensationē fieri: quia sensus interstitium à re sensili moueatur, quam contactu & defluxionibus.

Dicere autem sicut Antiqui, defluxionem esse colorē, & videri propter talem causam, incongruum. Omnibus enim modis per tactum necesse ipsis facere sensum. Quare mox melius est dicere per moueri intermedium sensus à sensibili fieri sensum, quam tactu & defluxionibus.

Positis duobus modis generationis colorum mediorū, hic comparat predictos modos adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo excludit quādam positionē, ex qua procedebat vnus predictorū modorū. Secundo comparat predictos modos adinuicē, ibi. Insunt secus inuicē. Tertio ostendit quantum ad quid vtique predictorū modorū sustineri possint. ibi. Quare si nō cōtingit. Dicit ergo primo, qd Antiqui posuerunt colorem nil aliud esse q̄ quendam effluxū à corporibus visis, sicut supra Democritus, & etiam Emp. posuerūt, qd visio fit propter huiusmodi causam, f. propter defluxum idolorū à corporibus visis. Et, quia vnumquodque videtur per propriū colorē, ideo crediderunt nihil aliud esse colorem q̄ huiusmodi defluxionem. Sed hoc dicere est omnino incongruum. nō enim poterant ponere, qd huiusmodi corpora, defluentia à corporibus visis ingrederentur infra oculum: quia sic corrūperetur substantia eius. vnde oportebat omnibus modis qd ponerent, qd visio fieret per contactum corporū resolutorum ad ipsum oculum, ex huiusmodi contactu immutatam ad videndum. Si ergo immutatio talis sufficit ad causandam visionem, melius est dicere qd visio fiat per hoc qd medium statim à principio moueatur à sensibili, q̄ dicere visionem fieri per contactum & defluxionem. Natura. n. per pauciora se expedit in quantum pōt. Sunt autē & alia, quibus predicta positio ostēditur esse falsa. primo quidem, quia si visio fieret per contactū, tunc sensus visus

non distingueretur à tactu, qd patet esse falsum. Visus. n. non est cognoscitiuus contrarietatum tactus. Secundo, quia corpora visa per continuum defluxum diminueantur: & tandem totaliter consumerentur, nisi aliis defluxionibus superuenientibus, eorum quantitas seruaretur. Tertio quia huiusmodi corpora defluentia à rebus visis cum sint subtilissima, à ventis propellerentur. Vnde non fieret recta visio. Quarto, quia visus non indigeret lumine ad videndum ex quo visio fieret per contactum visibilis: & multa alia huiusmodi inconuenientia sequuntur, quæ quia manifesta sunt, philosophus prætermittit. Deinde cum dicit,

In ijs igitur, quæ iuxta se inuicem collocantur, quemadmodum magnitudinem non visilem, ita non sensile tempus accipere necesse est, vt accedentes lateant motiones, & vnum videatur esse, quia simul apparent. Hic autem nulla est necessitas. Verum is, qui in superficie est color, cum immobilis sit, & à supposito moueatur, haud similem faciet motionem. Quamobrem diuersus apparet, & neque albus, neque ater.

In his autem, quæ secus inuicem ponuntur, necesse sicut & magnitudinem accipere inuisibilem, ita & tempus insensibile, vt lateant motus peruenientes, & vnum putetur esse, propter simul apparere. Hic autem nulla necessitas. Sed, qui in superficie color, immobilis existens: & motus à supposito, non similem faciet motum. Quare aliud apparebit: & nec album nec nigrum.

Comparat predictos modos adinuicem. Vbi considerandum est, qd primus modus generationis mediorum colorum assignabatur ab illis, qui ponebant colorem esse defluxionem. Et ideo, postquam Arist. ostendit falsitatem huius positionis f m se, concludit inconueniens, quod sequitur eis in hac assignatione generationis colorū mediorum. Et dicit, qd in hoc qd ponunt medios colores generari, per hoc qd colores extremi secus inuicem ponuntur: necesse est eis dicere non solum qd magnitudo sit inuisibilis, sed etiam qd aliquod tempus sit insensibile: ad hoc qd habeant propositum: quia ponebant visionem fieri per motum localem corporum defluentium. Nihil autē mouetur ad aliquē distantiam f m motum localem, nisi in tempore. Oportet autē assignare aliquod tēpus, in quo defluxus fiat à re visa ad oculum: & t̄to oportet ponere maius tēpus, quanto fuerit maior distantia. Manifestū est autem qd corporum minimorum secus inuicem positorum non est omnino eadem distantia ad oculum. & sic oportet diuersa esse tempora, in quibus perueniūt motus ab eis ad oculum. Non ergo videbitur totum, qd ex huiusmodi corporibus componitur vt vnū, sicut supra ponebatur. In si lateat tempus, in quo vnus motus præoccupat alium. Et ita necesse est ponere tempus insensibile in hoc modo generationis colorū. Sed hic. i. in secundo modo generationis colorum nulla necessitas est: qd ponatur tempus insensibile: quia non ponitur visio fieri per defluxum f m motum localem. sed ille color, qui in superficie ponitur & immobilis existens: i. cum maneat immobilis f m locū, immutatur t̄n per motū alterationis ab inferiori colore. ita vt non similiter moueat: visum: sicut pes se moueret: vel color supra positus vel suppositus: vel alius color medius apparebit: & nec albū, nec nigrū. Est autē considerandū qd ponentibus visum fieri p defluxionē & tactum, et remota generatione mediorum colorum, quā ponebant, sequitur tempus esse insensibile. Oportet enim eos dicere qd nullum corpus totum simul videatur, sed p aliquā tēporis succellionē, cum ponant visum fieri p contactum.

N. LEON.

M.

Corpus se of  
fritur uisum  
duplitate com  
habeat.

N. LEON.

N. LEON.

factum. Non est autē possibile qd totum aliquod magnum corpus, vel defluxus eius, simul tangatur à pupilla, propter eius paruitatē. Et ideo sequitur tēpus esse insensibile, cū de aliquibus nobis videatur, qd simul ea tota videamus.

Est t̄n considerandum qd aliquod corpus visui se offerens potest considerari dupliciter. Vno modo f m qd est totum vnum in actu: & singulæ partes eius, in eo exsistentes sunt quodam modo in potentia: & sic visio fertur in totum simul, sicut in aliquid vnum, non autē in aliquā eius partē determinate. Alio autē modo potest considerari corpus, qd visui se offert f m qd aliqua pars ipsius accipitur vt determinata in seipsa, & quæ ab alijs partibus distincta & sic visus non fertur in totum simul, sed in vnā partē post aliam. Et hoc quidem tempus, quo visio totius mensuratur, nō est insensibile simpliciter, cum anima sentiendo prius & posterius in motu, sentiat tempus, vt patet in Quarto Phys. Sed t̄to est huiusmodi tempus sensibilis quanto sensus fuerit perspicacior & maior diligentia fuerit appositā. Deinde cum dicit,

Quamobrem, si nullam contingit non visilem esse magnitudinē, sed quamlibet ex certo distātia certū spacio, huiusmodi certe colorum quedam erit permixtio: illoque etiam modo nihil prohibet ijs, qui à longe spectant, communem quendam apparere colorem. Nullam autem non esse visilem magnitudinem in ijs, quæ sequuntur est considerandum.

Quare si non contingit nullam magnitudinem esse inuisibilem: sed quamlibet ab aliqua distātia visibilem: & hæc quedam vtique colorum commixtio. & illo autem modo nihil obstat quin appareat quidam color communis eis, qui à longe. Quoniam enim non est vlla magnitudo inuisibilis, in eis quæ deinceps considerandum.

Ostendit qualiter predicti duo modi generationis colorum sustineri possint: & vsque ad quid se extendant. f. vsque ad apperentiam: concludens ex predictis, qd si nō contingit aliquam magnitudinem esse inuisibilem, sed quamlibet magnitudo ab aliqua distātia est visibilis, vt sequitur, erit quædam commixtio colorum hæc. f. per alternos colores: & illo etiam modo per positionem colorum, secus inuicem: nihil prohibet quin appareat quidam color communis ab aliqua distātia, ex qua scilicet non potest videri per se vtique color simplicium propter corporis paruitatem. Quod autem nulla magnitudo sit inuisibilis simpliciter propter paruitatem, dicit in sequentibus esse videndum. Deinde cum dicit,

Si autem mixtio est corporum, non solum eo quo quidem arbitrantur modo, cum, si iuxta se inuicem minima collocantur, quæ à nobis sensu percipi nequeant. sed omnifariam, & omnino, quemadmodum in ijs quæ de permixtione in vniuersum de omnibus est pertractatum. Illo nāque modo hæc solum permisceri censentur, quæ secare contingit ad minima, vt homines, equos, aut semina, hominum nanque minimus est homo, sicut equorum equus. Quamobrem illorum iuxta se inuicem positione vtiorumque permixta est multitudo, vnum autem hominem vnico permisceri equo nō dicimus. quæcunque vero minutatim non secantur, horum certe hoc fieri modo mixtionem non contingit, sed quia vnde quæque commiscentur, quæ certe maxime commisceri nata sunt. Quo autem hoc fieri maxime possit modo, in ijs quæ de Commixtione diximus ante est determinatum.

Si autem commixtio est corporum non solum secundum hunc modum, quem putant quidam, solum iuxta inuicem positos minimis, inmanifestis autem nobis propter sensum. sed omnino omniquæque, sicut in eis quæ de com-

mixtione dictum est vniuersaliter de omnibus. Illo enim modo miscentur: hæc solum, quæcunque contingit diuidere ad minima, quemadmodum homines, equi, aut semina. Hominum enim hominem minimum, equorum vero equum. Quare horum secus inuicem positione multitudo commixta est: quæ simul vtiorumque: hominem vero vnum vni equo non dicimus commisceri. Quæcunque vero non diuiduntur ad minimum, horum commixtiones non contingit fieri secundum hunc modum, sed per commisceri ex toto: quæ quidem & maxime commisceri nata sunt. Quomodo autem hoc fieri possibile, in eis quæ de mixtione dictum est prius.


Ponit modum generationis mediorum colorum, qui est non solum secundum apperentiam, sed secundum existētiā. Et primo determinat generationem mediorum colorum secundo assignat rationem distinctionis ipsorū secundum istum modum generationis. ibi. Multi autem erunt. Quia vero ille modus generationis mediorum colorum accipitur secundum mixtionem corporum, ideo præmittit primo de mixtione corporum adinuicē: & subiungit secundo de mixtione colorum. ibi. Simul autem quæ sit necessitas. Dicit ergo primo, qd mixtio corporum adinuicem nō solum est secundum quidem hunc modum, quem quidem putauerunt, qd quædam minima iuxta alia ponerentur, quæ propter paruitatem essent nostris sensibus immanifesta. Sed contingit aliqua corpora totaliter immisceri, ita, qd totum totū immisceatur, sicut dictum est in libro de generatione, vbi vniuersaliter tractatum est de corporum mixtione. Est autē verum, qd quædam miscentur illo modo, f. per positionem minimorum iuxta inuicem, quæcunque, f. possunt vsq; ad minima diuidi, sicut multitudo hominum diuiditur vsq; ad vnum hominem, tanq; vsq; ad aliquod vnum minimum: & multitudo equorum vsq; ad vnum equum: & multitudo seminum vsq; ad vnum semen, qd est vnum granum tritici, vel aliquid huiusmodi. Vnde bene potest dici qd talium multitudo est permixta per hoc, qd minima secus inuicē ponuntur sicut si homines confuse equis permisceantur, vel semina tritici seminibus ordeī, non tamen erit permixtio talium totaliter. Singulæ enim partes multitudinum remanebunt impermixte: quia vnus homo non permiscetur vni equo: nec aliquod aliud huiusmodi alicui tali: sed eorum quæ non diuiduntur vsq; ad minimum, f. corporum continuorum & similibum partium, sicut vinum & aqua, non potest fieri mixtio modo predicto, f. per positionem minimorum iuxta inuicem: quia non est in eis accipere minimum, sed per hoc qd totum totū commiscetur, ita qd nulla pars remanet impermixta. Et hæc sunt, quæ maxime & verissime nata sunt permisceri. Quomodo autem hæc fieri possint, determinatum est in libro de Generatione. Deinde cum dicit,

Ceterum quoniam sit necessitas vt commixtis corporibus ipsi etiam permisceantur colores, palam certe est. præcipuamque insuper hanc esse causam cur multi existant colores, & non si superinducantur, aut iuxta se inuicem constituantur. non enim à longe quidem, de prope autem minime vnus & idem commixtorum apparet color, sed vndique.

Simul autem quæ sit necessitas commixtis illis & coloribus misceri manifestum est. & hanc causam esse principalem cur multi sint colores: sed non supernationem, nec secus inuicem positionem. Non enim de longe quidem, de prope autem non, videtur vnus commixtorum colorum, sed vndique.

Quæ sit pro  
pria & tota  
liter corporū  
mixtio.

N. LEON.



Post cōmixtionem corporū tangit cōmixtionē colorum. Et dicit manifestū esse s̄m prædeterminatā quæ sit necessitas q̄ cōmixtis corporibus colores miscēatur. Dicitur enim esse supra q̄ perspicuum s̄m q̄ existit in corporibus, facit colores participari. Perspicuum autem diuersimode inuenitur in corporibus s̄m maius & minus: & similitur lucidum: & ideo permixtis corporibus, in quibus est lucidum & diaphanū, necesse est q̄ fiat permixtio colorū. Et ista est principalis causa q̄ sunt multi colores præter album & nigrum. Non autem est principalis causa supernatio. i. quod vnus color ponatur super aliū: neq; secus inuicem positio. s̄q̄ minima colorata iuxta inuicem ponatur quia color medius videtur præter albū & nigrum: nō quidem de longe, nec de prope, sed ex quacunque distantia. Et ita patet quod iste est modus generationis colorū mediorum s̄m ipsorum existentiam. alij autem duo modi pertinent ad solam apparentiam. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Multi quinetiam erunt colores, quoniam multiplici proportionis ratione, qua inter se inuicem confunduntur, permisceri contingit. & hac quidem in numeris, illa vero solummodo per excessum. Eoque modo erunt alij, & quo de ijs, qui iuxta se inuicem sunt constituti, & de ijs, qui superinducuntur, dicere contingit. Verum de ijs qua miscentur alibi est pertractatum. Cur autem colorum terminatæ sint species, & non infinitæ: necnon saporum & sonorum, post hac dicemus. Quid igitur est color, & quam ob causam multi sunt colores, dictum est.

Multi autem erunt colores, quoniam multis contingit proportionibus commisceri sibi inuicem commista: & hoc quidem in numeris, hoc vero secundum abundantiam solum & alia eodem modo, quo quidem nec secus inuicem positio coloribus, aut de supernatatione contingit dicere, & de cōmixtis. Sed qua de causa colorum species terminatæ & non infinitæ, & saporum, & sonorum, posterius considerandum. Quid quidem igitur sit color, & qua de causa multi colores, dictum est. De sono autem & de voce, prius in his, quæ de Anima, est dictum.

Assignat causam distinctionis colorum mediorum secundum prædictum modum generationis. Et dicit quod multi generantur colores medij, quoniam multis proportionibus solum inuicem contingit commisceri corpora: & per consequens ipsos colores. Quædam quidem secundum determinatos numeros, quædam vero s̄m solam superabundantiam incommensurabilem: & alio oia eodē modo hic dicenda sunt circa mixtionem, quæ supra dicta sunt in alijs duobus modis, s̄m in positione colorū iuxta inuicem, & in superpositione vnus coloris super alterum. Vnum autem est, quod restat posterius determinandum, quare, si sint finitæ & non infinitæ species colorū, saporum & sonorum. Vltimo autem epilogando concludit. Iam dictum est quid sit color, & propter quam causam sint multi colores. Excusat autem se deinceps à determinatione soni & vocis: quia de his iam determinatum est in libro de Anima, eo quod eadem est ratio generationis ipsorum & immutationis: quæ secundum quod immutant pertinent ad considerationem libri de Anima.

LECTIO IX.

De sapore & odore prius tractandum esse, & prius de sapore cuius natura tres antiquorum reselluntur sententiarum, propriaque ac vera traditur.

**N. LEON.** De odore vero & sapore nunc est dicendum. eadem enim ferè est passio. quamuis non in eisdem eorum est vtrunque.

**D**e odore vero & sapore dicendum est. ferè enim eadem est passio. non in eisdem autem est vtrunque eorum.

Postquam philosophus determinauit de colore, hic cōsequenter determinat de sapore. Et primo dicit de quo est intentio, secundo exequitur propositum. ibi. Igitur aquæ natura. Dicit ergo primo, quod post colorem dicendum est de odore, & sapore. Et circa hoc assignat duorum causam. Primo quidem, quare coniunctim de eis sit agendū, scilicet propter eorum conuenientiam: quia vtrunq; eorum est ferè eadem passio. Nominat autem vtrunque passionem: quia vtrunq; eorum est in tertia specie qualitatis quæ est passio, vel passibilis qualitas. Dicit autem saporem & odorem ferè esse eandem passionem: quia vtrunq; causatur ex permixtione humiditatis & siccitatis secundū aliqualem terminationem à calido. non tamen vtrunque eorum est omnino in eisdem: quia odor magis sequitur siccum, & ideo principaliter est in fumali euaporatione: sapor autem magis sequitur humidum. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Clarius autem saporum nobis est genus quàm odoris. huius autem rei causa, quoniam pessimum animalium omnium hunc habemus sensum: & horum etiam, qui nobis insunt sensuum, exquisitissimum autem tactum ex reliquis animalibus gustatus nanque tactus quidam est.

Manifestius autem est nobis saporum genus quam odorum. huius autem causa, quoniam peiorem habemus alijs animalibus odoratiū: & ipsi sensibus, qui in nobis. Tactū vero certissimum aliorum animalium. Cūctus vero tactus quidam est.

Assignat causam, quare prius dicendū est de sapore, q̄ de odore. Videbatur enim esse dicendum de odore immediatè post colorem: quia odor sentitur per medium extrinsecum, sicut & color, non autem sapor. sed ordo discipline requirit, vt à manifestioribus ad minus manifesta procedatur: manifestius est autem nobis genus saporum quam odorum: vnde de saporibus prius est agendum. Ideo autem sapor est nobis manifestior: quia certiori sensu sentitur à nobis. Sensum enim olfactus peiorem habemus & per comparisonem ad cætera animalia, & per comparisonem ad cæteros sensus, qui in nobis sunt. cuius ratio est, quia sicut supra dictum est, odoratus in actu perficitur per calidum igneum. est autem organum olfactus circa cerebrum, quod est frigidus & humidus omnibus partibus corporis, vt supra habitum est. Homo autem inter omnia animalia habet cerebrum maius secundum quantitatem sui corporis, vt dicitur in libro de Partibus animalium. Et ideo oportet q̄ homo deficiat in sensu odoratus. Sed homo habet certissimum tactum inter omnia animalia. cum enim tangibilia sint ea ex quibus constituitur corpus animalis, scilicet calidum, & frigidum, humidum & siccum, & alia huiusmodi, quæ consequuntur, non potuit esse, quod organum tactus esset denudatum ab omni qualitate tangibili, sicut pupilla caret oī colore, sed oportuit organum tactus esse in potentia ad qualitates tangibiles, sicut medium est in potentia ad extrema, vt dicitur in Secundo de Anima. Et ideo oportet, quod sensus tactus tanto sit certior quanto complexio corporis est magis temperata, quasi ad medium reducta. Hoc autem maxime oportet esse in homine, ad hoc quod corpus eius sit proportionatum nobilissimæ formæ. Et ideo homo inter alia animalia habet certissimū tactū, & per consequens gustū, qui est tactus quidam. & huius signum est, quod homo minus potest sustinere vehementiam frigoris & caloris quam alia animalia: & etiam inter homines, tanto est aliquis magis aptus mente, quanto est melioris tactus quod

Quæ de ob re & sapore simul videntur.

Manifestus est nobis prius saporum quam odorum.

Legit de anima 12 p. 299.

Le. 10. 2.

Lib. 2. c. 7.

apparet in his, qui habent molles carnes, sicut dictum est in Secundo de Anima. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Aqua certe natura vt sit insipida exigit. Cæterum necesse est aquam in se omnia saporum habere genera, quæ propter paruitatem sentiri nequeant, vt inquit Empedocles, aut talem illi inesse materiam, tanquam saporum seminarium. & omnia quidem ex aqua fieri, alia autem ex parte illius alia. Vel nullum in aqua esse discrimen, cum efficiens sit in causa, vt si calidum & Solem quispiam dicat.

Igitur aquæ natura vult insipida esse. Necesse est itaque aquam in seipsa habere genera saporum insensibilia propter paruitatem, secundum quod Empedocles dicit: vel materiam talem inesse, quemadmodum panspermia saporum, & omnia quidem ex aqua fieri, alia quidem ex alia parte, vel nullam habente differentiam aqua, faciens causam esse, ac si calidum & Solem dicat quis.

Exequitur propositum. Et primo determinat de sapore secundum veritatem. secundo excludit falsas positiones quorundam de natura saporis, ibi. Democritus autem. Prima pars diuiditur in duas. In prima determinat quæ sit natura saporis, in secunda determinat de speciebus saporum, ibi. Quomodo autem colores. Circa primum duo facit. Primo excludit opiniones qualdam circa generationem saporum, Secundo determinat veritatem. ibi. Apparent autem saporum. Circa primum duo facit. Primo ponit tres opiniones circa generationem saporum, Secundo improbat eas. ibi. Horum autem, sicut Empedocles. Incipit autem determinare naturam, sive generationem saporum ab aqua, quæ videtur esse subiectum saporum. & dicit, q̄ ipsa natura aquæ secundum se, vult esse, i. habet naturalem aptitudinem ad hoc q̄ sit insipida: & si aqua habeat aliquem saporum, hoc est ex permixtione alicuius terrestris: tamē quamuis aqua sit s̄m se insipida, est tō radix & principium omnium saporum. Qualiter autem hoc esse possit, tripliciter aliqui assignauerunt. Empedocles enim dixit, q̄ omnes saporum sunt actu in ipsa aqua: sed sunt insensibiles propter paruitatem partium, in quibus radicantur. Secunda opinio fuit Democriti & Anaxagore, sicut dixit Alexan. in commento, q̄ in aqua quidem non erant saporum in actu, sed erat ibi quedam materia saporum, quemadmodum panspermia, id est vniuersale semen, ita, s̄q̄ omnes saporum fiant quidē ex aqua, sed alij saporum ex alijs aque partibus. Ponebant enim partes indiuisibiles esse principia corporum. Nullū autem indiuisibile est actu saporosum, sed oportet corpus sapidum esse compactum. Et ideo non ponebant esse saporum in actu, sed saporum semina: ita tamen q̄ diuersa in diuisibilia corpora sint semina diuersorum saporum, sicut & diuersarum naturarū. Tertia opinio est dicentium, q̄ differentia saporum non est ex parte ipsius aquæ, sed solum ex parte agentis, quod aquam transmutat diuersimode, sicut Sol, vel quodcunque aliud calidum. Deinde cum dicit.

Tripliciter opinio saporum in aqua.

**N. LEON.**

Verum ex ijs, vt Empedocles dicit, valde manifesta est falsitas, perspicimus enim à calido decerptorum pomorum immutari saporum, sive Soli, seu igni exponantur illa, vt appareat non ab aqua trahere eiusmodi factos, sed in ipsis pomis permutatos. & tempore exhalantibus, cum austeris ex dulcibus, tum amaros, & omnimodos factos. excocti quinetiam ad omnia saporum genera (vt ita dicatur) transmutantur.

Horum autem sicut Empedocles dicit, multum apertum mendacium. Videmus enim permutari per calorem saporum, oblati fructibus ad solem, & ignitis tanquam non ab aqua trahere saporum tales factos: sed in ipso fructu transmutantes, & resudantes, iacentes, propter tempus austeros à

dulcibus, & amaros, & omnimodos factos, & decoctos, et ad omnia saporum genera, vt est dicere, transmutatos.

Improbat per ordinē prædictas tres opiniones. Et primo opi. Empedocles q̄ dictum Emp. est apertum mendacium. Si enim diuersitas saporum esset actu in paruis partibus aquæ, oporteret q̄ immutatio saporum non fieret, nisi per hoc q̄ diuersæ partes aquæ, attraherentur ad corpus, cuius saporum immutatur. hoc autem non semper fit. Si enim fructus ablati ab arbore ex ponantur Soli, vel etiam decoquantur ad ignem, manifestum est q̄ immutatur eorum sapor per actionem caloris, & non per aliam actionem ab aqua: quod posset dici de fructibus, qui dum pendent in arbore, mutant saporum attrahendo diuersos humores à terra. sed in fructibus decisis ab arbore, videmus transmutationem saporum factam per hoc q̄ ipsi fructus transmutantur facta resolutione interioris humoris per modum cuiusdam resudationis: & ita, dum iacent aliquo tempore ad solem, transmutantur de dulcedine in amaritudinem, aut e conuerso: vel ad quoscunque alios saporum, secundum diuersam qualitatem decoctionis. Secundo cum dicit.

Similique modo seminarium esse aquam & materiam non est possibile. ex eadem enim videmus, tanquam ex eodem alimento diuersos fieri saporum. Restat igitur aquam sane permutari, quoniam quippiam patitur.

Similiter autem & panspermie materiam esse aquam impossibile. ex eodem enim videmus sicut ex esca factos alios saporum. Restat igitur in pati aliquid aquam transmutari.

Improbat secundam opinionem Democriti & Anaxagore. Et dicit, q̄ etiam impossibile est aquam esse materiam saporum, quasi continentem omnia semina eorum: ita scilicet q̄ diuersæ partes eius sint semina diuersorum saporum. quia videmus omnes vnū & idem corpus immutari ad diuersos saporum. sicut enim eadem esca, quæ sumitur ab animali vel planta, conuertitur in diuersos saporum conuenientes diuersis partibus, sicut vnus plantæ alius sapor est radicis, seminis, & fructus, & diuersarum plantarum ex eodem cibo nutritarum sunt diuersi saporum. Et hoc est manifestum indicium q̄ diuersi saporum nō causantur ex diuersis partibus aquæ. Vnde relinquitur quod causantur ex hoc q̄ aqua transmutantur in diuersos saporum, secundum quod aliquo qualiter patitur ab aliquo immutante. Tertio ibi.

Quod autem non solum à calidi virtute hanc accipiat iam aqua, quæ saporū vocamus manifestum est. humidorum enim omnium tenuissima est aqua, & ipso etiam oleo licet illud lentore suo extendatur magis, fragilis enim est aqua. Quam obrem manu seruare aquam difficilius est quam oleum. Quoniam autem calefens aqua nihilo plus crassescere videtur, manifestum est aliam esse causam, saporum enim omnes crassitudinē habent magis: calidum autem est concausa.

Quod quidem igitur non à calidi solum virtute accipit hanc virtutem, quam dicimus saporum, manifestum est. Subtilissimum enim omnium humorum aqua est, & ipso oleo: sed protenditur oleum plus quam aqua, propter viscositatem. Aqua autem frangibilis est. Quare & grauius est seruare aquam in manu quam oleum. Quoniam autem calida facta aqua non apparet ingrossata aqua ipsa sola, manifestum quoniam alia quidam virtus erit causa. Saporum enim omnes grossitudinem habent magis: calidum autem concausa.


Improbat tertiam opinionem dicentium, quod saporum causantur ex mutatione aque à solo calido. Et dicit manifestum esse q̄ aqua non accipit qualitatem saporum ex solo Parua naturalia S. T. B 3 la vir-

Improbatio trium opinionum præcedentium.

**N. LEON.**

**N. LEON.**

Aqua est subtilissima humorum.



la virtute calidi immutantis. aqua enim est subtilissima inter omnes humores, & inter omnia corpora, quae sensibilibiter humectant. Non autem dicit inter omnia humida: quia aer, qui est humidus, est subtilior aqua. Poterat autem esse dubium de oleo propter hoc quod supernat aquae & plus diffunditur quam aqua. Et ideo ad hoc remouendum subdit, quod aqua est subtilior etiam ipso oleo: & quod oleum supernat aqua est propter aeritatem vel raritatem ipsius, sicut & ligna supernat aquae. Sed quod oleum plus diffundatur quam aqua, contingit propter eius lubricitatem & viscositatem. Aqua enim est valde diuisibilis, & ita una pars eius non sequitur ad aliam, sicut contingit in oleo. Et propter hoc quia aqua est subtilior oleo, & magis diuisibilis, difficilius est conseruare aquam in manu, quam oleum. Facilius enim tota cum manu elabatur, quam oleum. Quia igitur aqua, propter sui subtilitatem si sit pura non habens aliquid permixtum, non ingrossatur a calido agente, sicut alia, in quibus sunt partes terrestres, quae remanent subtili humido exhalante, manifeste sequitur quod oportet aliquam aliam causam ponere generationis saporum, quam immutationem aquae a caliditate: quia omnes sapores inueniuntur in corpore aliquo grossitudinem habente: non tamen remouetur quod calidum sit aliqua causa immutans aquam ad saporem, sed non est tota causa requiritur enim aliquid aliud. unde est magis concausa quam causa.

LECTIO X.

Propria ac vera generationis saporum causa assignantur, ex cuius ratione eius probata deducitur definitio.

N. LEON. Quicumque autem in pomis sunt sapores iidem in terra etiam esse percipiuntur.

Aparent autem sapores quicumque quidem in fructibus hi existentes et in terra.

Postquam philosophus excludit opiniones aliorum de causa generationis saporum, hic assignat veram causam secundum propriam opinionem. Et circa hoc tria facit. Primo assignat causam generationis saporum, secundo definit saporem. ibi {Et hoc sapor;} tertio manifestat quod dixerat. ibi {Quoniam autem non omnis ficci;} Circa primum tria facit. Primo ostendit quod sapor est terrae, & non solum aquae, ut Antiqui ponebant, secundo ostendit quod aqua immutatur a sicco terrestri ad sapores. ibi {Pati enim &c.} Tertio concludit causam generationis saporum, ibi {Quem admodum igitur qui lauant;} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, secundo manifestat propositum. ibi {Quare multi Antiquorum;} Dicit ergo primo, quod omnes sapores quicumque apparent in fructibus plantarum, in quibus manifeste diuersificantur sapores, sunt & in terra: non quidem ita, quod terra pura saporem habeat, cum non habeat humorem, sed ad modicam permutationem humiditatis cum aliqua alteratione calidi acquirit aliquid saporem. Deinde cum dicit.

N. LEON. Quo circa veterum plerique Physiologorum talem dixerunt esse aquam qualis terra est, per quam illa permeat. id autem potissimum in salis declaratur aquis. sal. n. terra & quaedam est species. Quamobrem quae per cinerem colantur aqua, qui sane amarus est, amari reportant saporem: eodemque modo in alijs. Nonnulli quinetiam amari sunt fontes, plerique aciduli saporis, alij vero omnimodos sapores alios in se habentes.

Quare multi Antiquorum Physiologorum dicunt talem esse aquam, per qualemcumque terram transeat. Et hoc manifestum est in salis aquis maxime. Sal enim quaedam terra species est. Et quae per cinerem colata ipso amaro existente, amara faciunt saporem. Sunt quoque fontes multi, hi quidem amari,

alij vero acuti, hi autem omnimodos habentes sapores alios.

Manifestat quod dixerat per duo signa. Quorum primum sumitur secundum dictum, in quo multi Antiquorum naturalium conueniunt, qui dicunt talis saporis esse aquam, per qualem terram transeat. Et hoc manifestum est maxime in salis aquis, non quidem ipsius maris: quia hoc habet aliam causam, ut in libro Meteororum ostensum est, sed quia aquae quorundam fontium sunt saliae, propter hoc quod transeunt per similem terram. Nec hoc debet videri mirum, quia sal est quedam species terrae, sicut & alumen vel sulfur. Unde & quidam montes inueniuntur de sale, hoc etiam apparet in aquis colatis per cinerem, quae habent amarum saporem, sicut & cinis, per quem colantur. Inueniuntur quoque fontes diuersorum saporum propter diuersas terras, per quas transeunt. Est autem considerandum quod Aristoteles non inducit hoc ad ostendendum vniuersaliter causam generationis saporum: quia per hoc non manifestatur nisi causa saporum in aquis, sed totum hoc inducit quasi quoddam signum ad ostendendum quod sapores conueniunt terrae, & non solum aquae. Secundum signum ponit ibi.

N. LEON. Quapropter non immerito in terra nascentibus saporum maxime sunt genera.

Rationabiliter itaque in nascentibus fit saporum genus maxime.

Et dicit quod sapores conueniunt terrae rationabiliter: quia saporum genus maxime manifestatur, & diuersificatur in his, quae nascuntur immediate ex terra, propter affinitatem ipsorum ad terram. Deinde cum dicit.

N. LEON. Humor n. ut alia omnia a contrario pati natus est. porro contrarium siccitas est, propterea quippiam ab igne patitur. sicca namque ignis est natura. Verum ignis proprius est calor, terra autem siccitas, ut dictum est in his, quae de Elementis.

Pati enim natum est humidum, quemadmodum & alia a contrario. Contrarium autem siccum. Quare & ab igne patitur quidem. Sicca enim ignis natura. Sed proprium ignis calidum est, terra vero siccum, sicut dictum est in his, quae de Elementis.

Probat quod humidum aquae immutatur ad sapores a terra. Et primo probat propositum, secundo excludit quantum obiectionem. ibi {Quae quidem igitur;} Dicit ergo primo quod humidum natum est patri a suo contrario, sicut & omnia alia patiuntur a suis contrariis, ut probatum est in Primo de Generatione. Contrarium autem humido est siccum. unde humidum naturaliter patitur a sicco. Et, quae non solum terra est sicca, sed etiam ignis, ideo etiam patitur ab igne. Quaeuis quatuor qualitatum elementaliu[m] conueniant singulis. nam ignis est calidus & sicus, aer calidus & humidus, aqua frigida & humida, terra frigida & sicca. In singulis tamen elementis singulae harum qualitatum principaliter inueniuntur quasi propriae ipsis. Nam ignis proprie calidus est: quia ignis est nobilissimus inter elementa, & propinquissimum caelesti corpori: ideo ostingit ei proprie & secundum se calidum esse, quod est maxime actiuum: siccum vero competit ei propter excessum caliditatis, quasi iam humiditate consumpta. Aeri vero competit quidem calidum secundario ex affinitate ad ignem, secundum se autem competit ei humidum: quod est nobilius inter qualitates passiuas: quasi calore resolvente humiditatem, & non consumente propter maiorem distantiam a prima causa caloris, quae est corpus caeleste. Aqua vero proprie & secundum se competit frigidum, quod est secunda qualitas actiuas, quasi priuatiue se habens a calidum; competit autem ei humidum secundario secundum

Sapores non aquae sed, ut per se conueniunt signis diuersis ostenditur. Sic a. l. u. f.

Sal est species terrae: unde in inueniuntur uel uel de sale.

N. LEON.

N. LEON.

Quoniam modo do aqua ad sa porem immutatur sicco terra r. s. l.

T. 2. 10.

Elementorum proprietates quae sunt

endum propinquitatem ad aerem. Terrae vero competit quidem frigidum secundario, quasi ex propinquitate aquae: siccum autem competit ei proprie & per se, quali propter longissimam distantiam a fonte caloris non resoluta terra in humiditatem, sed in ultima grossitie permanente. Et haec determinata sunt in libro de Elementis, in Secundo de Generatione: unde humidum maxime natum est patri a sicco terrestri. Deinde cum dicit.

N. LEON. Ignis igitur ut ignis est, et terra ut terra, nihil agere aut pati nata sunt, neque aliud quippiam. quatenus autem illis inest contrarietas eatenus omnia agunt & patiuntur.

Quae quidem igitur ignis & quae terra nihil natum est facere vel pati, nec aliud quicquam. Quatenus autem inest contrarietas in inuolucro eatenus omnia & faciunt & patiuntur.

Excludit quaedam obiectionem. Non enim sequitur quod humidum a magis sicco patitur. nisi patitur a sicco in quantum est siccum. Possent autem aliquis hoc negans dicere, quod humidum patitur maxime ab igne in quantum est ignis, & ideo ad hoc excludendum dicit, quod ignis in quantum est ignis, nihil natum est facere vel pati, nec etiam aliquid aliud corporum. Et hoc probat, quia secundum hoc nata sunt aliqua agere & pati ab inuicem, quia habent contrarietatem, ut ostensum est in primo de Generatione. Ignis autem in quantum ignis, & terra, in quantum terra, nihil est contrarium sicut nec alicui substantiae. Unde relinquuntur quod huiusmodi corpora non agant & patiuntur in quantum sunt ignis vel terra vel aliquid huiusmodi, sed in quantum calidum, vel frigidum, humidum, & siccum. Sed contra hoc videtur esse dubitatio. Si enim igni competit per se esse calidum & siccum, si agit in quantum est calidum, videtur sequi quod agit in quantum est ignis. Ad hoc sciendum est, quod quidam opinati sunt calorem esse formam substantialem ignis: & secundum hoc ignis secundum suam formam substantialem habebit aliquid contrarium, & per consequens erit actiuus, sed quia ignis non solum significat formam, sed compositum ex materia & forma, ideo hic dicitur, quod ignis non est actiuus, nec est ei aliquid contrarium. Et sic soluit Alex. in commen. Sed hoc non potest stare, quia idem non potest esse in genere substantiae & accidentis secundum illud philosophi primo Physicorum, Quod vere est nulli accidit. forma autem substantialis ignis reducitur ad genus substantiae: ergo non potest esse quod calor sit forma substantialis ignis, cum sit accidens aliorum. Item forma substantialis non percipitur sensu, sed intellectu, nam quod quid est, est proprium obiectum intellectus, ut dicitur tertio de Anima. Unde, cum calidum sit sensibile per se, non potest esse forma substantialis alicuius corporis. Est ergo dicendum, quod calor per se inest igni non sicut forma substantialis, quae non percipitur sensu, sed sicut proprium accidens eius. & quia actio naturalis est alicuius contrarietatis, ideo ignis agit secundum suum calorem, cuius est aliquid contrarium non autem secundum suam formam substantialem, quae caret contrarietate nisi contrarietas large accipiat secundum differentiam perfecti & imperfecti in eodem genere: per quem modum etiam in numeris contrarietas inuenitur, secundum quod minor numerus est ut imperfectum & pars respectu maioris. forma autem substantiales rerum sunt sicut numeri, ut dicitur 8. Meta. Et per hunc modum est etiam inter differentias cuiuslibet generis contrarietas, ut in 10. Metaph. sicut enim animatum & inanimatum, sensibile & insensibile sunt contraria. Sed adhuc potest esse dubitatio. Si enim in elementis non est principium actionis

Vide T. 2. o. in 1. de Generatione & 2. o. tex. 22.

N. LEON.

T. 2. 10.

Dubium.

Responsio.

Primo Phy. ca. 27.

Ca. 12. Solutio propria.

T. 1. 10.

Replicatio.

Solutio Pla.

Stoici Ar.

S. Tho. ad formam.

N. LEON.

Proportio in generatione in concludit.

N. LEON.

Sapor quid sit.

N. LEON.

Sens ex quo potentia reducantur in actum. Vide 2. de Anima tex. 22. usque ad 22.

forma substantialis, sed accidentalis: cum nihil agit ultra suam speciem, non videtur quod per actionem naturalem elementorum materia transmutetur ad formam substantialem, sed solum ad formam accidentalem. Et propter hoc quidam posuerunt quod omnes formae substantiales sunt a causa supernaturali: & quod agens naturale solum alterando disponat ad formam. Et hoc reducitur ad opinionem Platoniorum, qui posuerunt quod species separatae sunt causae generationis: & quod omnis actio est a virtute incorporea. Stoici autem sicut Alex. dicit, posuerunt quod corpora secundum se ipsa agunt, in quantum, sicut sunt corpora. Aristoteles autem hic tenet mediam viam, quod corpora agunt secundum qualitates suas. Et ideo dicendum quod nunquam agit secundum quod est in actu, ut patet primo de Generatione, necesse est autem quod esse qualitatibus elementorum deriuatur a principis essentialibus eorum ita etiam, ut virtus agendi competat huiusmodi qualitatum virtute formarum substantialem. omne autem, quod agit in virtute alterius, facit simile ei, in cuius virtute agit: sicut terra facit domum ex virtute domus, quae est in anima: & calor naturalis generat carnem animatam ex virtute animae & per hunc etiam modum, per actionem qualitatum elementorum transmutatur materia ad formas substantiales. Deinde cum dicit.

Quemadmodum igitur qui colores & sapores in humore diluunt, talem efficiunt aquam. eo natura modo siccum & terream, & per siccum & terream calidi agunt: & per colans vi, qualitate quadam ipsum afficit humidum.

Quemadmodum ergo qui lauant in humido colores & sapores, talem faciunt habere aquam: sic & natura siccum et terream: & per terream & siccum colans & mouens per calidum, quale quiddam humidum facit.

Concludit ex praemis generationem saporum. Et dicit, quod sicut illi, qui in humido aqueo lauant colores & sapores, i. corpora colorata & saporosa, faciunt aquam habere talem colorem & saporem, ita etiam econuerso, quando humidum aqueum colatur per siccum terrestre, & cum hoc sit aliqua immutatio a calido digerente, & quodammodo commiscente, humido sicco, qualificatur humor aqueus qualitate saporosa. Deinde cum dicit.

Et hoc est sapor, ea, s. quae a praedicto in humore fit passio, gustatus qui potentia est immutatrix ad actum.


Et hoc est sapor, passio facta a dicto sicco in humido, gustus alteratiua secundum potentiam in actu.

Inducit ex praemis praedictis definitionem saporum. & dicit, quod sapor nihil est aliud quam passio facta in humido aqueo a dicto sicco, & terrestri cum additione calidi, quae gustum secundum potentiam alterando, in actu reducitur, quod quidem additur ad differentiam odoris, & quarundam aliarum passionum, quae causantur ab humido & sicco per actionem calidi: quae tamen non sunt immutatiua gustus, sed aliorum sensuum. Deinde cum dicit.

Deducit enim sensitiuum ad id, quod potestate praexistebat. sentire namque ipsum non ut discere est, sed ut speculari.

Ducit enim sensitiuum ad hoc potentia praexistens. Non enim secundum discere, sed secundum speculari est sentire.

Manifestat definitionem saporis, quantum ad ultimam partem eius. nam prima pars eius manifesta est ex praecedentibus. Dixerat autem quod sapor alterat gustum secundum potentiam: & ad hoc manifestandum subdit, quod sapor, sicut & quodlibet sensibile, reducitur in actum sensitiuum, quod prius erat in potentia ad sensibile: quia sentire, quod sequitur actionem sensibilibus in sensum, non fit secundum



addiscere, sed secundum speculari, id est non habet similitudinem, cum eo quod est addiscere: quia alias in eo qui addiscit, generatur habitus scientiae de novo: sed in eo, qui sentit, non generatur sensus de novo per actionem sensibilibus, sed sensus fit actu operas, sicut contingit in eo, qui speculatur actu. Deinde cum dicit.

N. LEON. Quid autem non cuiusque siccum, sed nutritiuum sapore vel passio, vel priuatio existunt, hinc accipiendum est. quod neque siccum absque humido, neque humidum absque siccio. Nutritiuum nempe animalibus neutrum illorum solitariu[m] est, sed ex illis mixtum.

Quoniam autem non omnis siccum, sed nutritiuum sapores, aut passio sunt, aut priuatio, oportet sumere hinc quoniam nec siccum absque humido, nec humidum absque siccio. Esca enim ipsi animalibus non est vnum solum, sed commixtum: neque ipsi plantis, sed mixtum.

Manifestat quod supra dixerat, quod sapor non sit solum in humido sine siccio. Et circa hoc tria facit, primo ostendit quod sapor fundatur simul in humido & siccio, secundo probat quoddam quod supposuerat. ibi {Et sunt oblata cibi} Tertio probationem manifestat. ibi {Oportet quidem} Dicit ergo primo, quod saporum sunt passiones quantum ad dulce, vel priuationes quantum ad amarum, quod se habet vt imperfectum, & priuatio ad dulce, sicut nigrum ad album: sed non cuiuslibet siccum, sed nutrimentalis, ex quo, possunt nutri animalia & plantae. Ex hoc possumus accipere quod nec siccum sine humido, nec humidum sine siccio pertinet ad sapores: quia esca, qua nutriuntur animalia, non est solum humidum, vel solum siccum, sed commixtum ex his. Ex iisdem enim nutrimur, ex quibus fumus, vt dictum est Secundo de Generatione. & eadem ratio est de plantis. Deinde cum dicit.

T. 5. 1.

N. LEON.

Et oblata animalibus alimentis ea quidem, qua tactu sentiuntur, accretionem sane faciunt & diminutionem. Horum autem causas quatenus calidum fuerit & frigidum id quod offertur. haec enim accretiones faciunt & diminutiones. Alia autem id, quod percipitur quod gustabile est. Omnia namque dulci auuntur sive simpliciter, sive permixta.

Sapor nutritiuus passio sive priuatio

Et sunt oblata cibi animalibus tangibilia quaedam sensibilibus & augmentum scientiae & decrementum. Horum enim causa, calidum aut frigidum oblatum: haec enim faciunt & augmentum & decrementum. Nutrit autem secundum quod gustabile oblatum. Omnia enim nutriuntur dulci vel simpliciter vel commixto.

C. 47. Solubis da. C. 28.

Probat quod supposuerat, quod sapor sit passio vel priuatio nutrimenti. Vbi considerandum est, quod cibi, qui offeruntur animalibus, ad duo eis deferuntur, scilicet ad augmentum, quo perducuntur ad perfectam quantitatem: & ad nutrimentum, per quod conseruatur substantia. Deferunt etiam cibi & ad generationem, sed hoc iam non pertinet ad indiuiduum, sed ad speciem. Dicit ergo, quod cibi animalibus oblata, cum sint de numero sensibilibus, in quantum sunt tangibilia, causant augmentum & decrementum: quia calidum proprie facit augmentum, eius enim est dilatare & diffundere quasi mouendo ad circumferentiam. frigidum autem causat decrementum: quia eius est contringere, quasi mouendo ad centrum. Vnde in iuuentute, animalia augentur, in senectute decrescunt. Nec est contrarium quod dicitur secundo de Anima, quod cibum auget propterea quod quantitas non sufficeret ad augmentum, nisi esset calor conuertens & digerens: sed cibus oblatum nutrit, in quantum est gustabilis. Et hoc probat per hoc quod omnia nutriuntur dulci, quod percipitur gustu: & hoc

vel simplici dulci, vel commixtione aliorum saporum. Nec etiam est contrarium, quod secundo de Anima dictum est quod tactus est sensus animalium alimenti: quia ibi humorem, id est saporem ponit inter tangibilia: & ibidem dicit quod sapor est delectamentum nutrimenti, in quantum scilicet indicat convenientiam eius. Deinde cum dicit.

Solubis dicitur duplici

De huiusmodi autem re in commentarijs de Generatione et Corruptione determinare oportet. nunc autem quatenus cogit necessitas de illis est prae libandum. Calidum enim auget, & alimentum affingit, & leue quidem attrahit, salsum autem & amarum ob grauitatem relinquit. quod igitur in exterioribus corporibus externus facit calor, id in animalium stirpiumque natura internus plane efficit: & iuocet dulci aluntur.

N. LEON.

Oportet quidem igitur de his determinare in his, quae de Generatione. nunc autem quantum necesse est tangere de ipsis. Calidum enim augmentat: & struit nutrimentum, eo quod leue quidem attrahit, amarum autem & salsum relinquit propter grauitatem. Quod itaque facit in exterioribus corporibus exterior calor, hoc quidem in natura animalium & plantarum. Quare nutriuntur.

Dulci animalium nutriuntur

Confirmat probationem praemissam. Et primo quantum ad hoc, quod dixit omnia nutri dulci, secundo quantum ad hoc quod dixerat de commixtione aliorum. ibi {Commiscetur autem} Dicit ergo primo, quod de his, quae pertinent ad augmentum & nutrimentum, oportet determinare in his, quae sunt de Generatione. Dixit autem de his in libro de Generatione in vniuersali, sed adhuc magis dicendum est de his in libro de Generatione animalium, ad quem pertinet consideratio de alimento animalium. nunc autem quantum ad propositum pertinet tangendum est aliquid, scilicet calor naturalis actiue causat augmentum per extensionem quandam: & construit nutrimentum digerendo, in quantum, si attrahit id, quod est leue & dulce: & relinquit id, quod est salsum & amarum propter grauitatem. Vnde omnes faeces animalium sunt satis amarae, vel saltae. & hoc manifestat per similitudinem in toto vniuerso. Quia illud facit calor naturalis in animalibus & plantis, quod facit calor Solis in corporibus exterioribus: attrahit enim humidum subtile, & relinquit id, quod est terrestre & grossum. vnde aquae completae sunt dulces, quamuis mare à quo plurius fit resolutio, sit salsum. Et ex hoc concludit quod omnia nutriuntur dulci, quod est attrahit à calido naturali. Deinde cum dicit.

Similitudine

Alij autem alimento commiscetur sapores, eodem sane modo, quo salsum & acidum condimenti gratia. Hoc autem ideo vt diducant id, quod in dulci nutrimentum est nimis, & redundans.

N. LEON.

Commiscetur autem alij saporum ad cibum, eodem modo salso et acuto pro condimento: hoc autem propterea quod reprimatur eo quod nimis nutritiuum sit dulce, & supernatiuum.

Commiscetur autem alij saporum res dulci, non quod nimis nutritiuum

Assignat causam commixtionis aliorum saporum ad nutrimentum. Et dicit quod alij saporum commiscetur in cibo dulci, quod solum nutrit loco condimenti, sicut manifeste apparet de sapore salso & acuto, vt supra per huiusmodi saporum reprimatur dulce, ne nimis nutriat. Est enim nimis repletiuum & supernatiuum: quia facile attrahitur à calore propter sui leuitatem.

LECTIO XI.

Medij saporum, quoru[m] triplex assignatur distinctio, quomodo generentur: sensibilibus item tangibilibus: ac communita sensibilibus opinantes, rationibus conuertuntur.

Quemadmodum autem colores de alibi & nigri sunt mixtione, ita & saporum ex dulci & amaro.

N. LEON.

Quomodo

Quemadmodum autem colores ex alibi, & nigri, commixtione sunt, ita & saporum ex dulci, & amaro.

Postquam philosophus determinauit generationes saporum, hic distinguit species saporum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit in communi generatione medioum saporum, secundo ostendit quomodo medioum saporum diuersificatur ibi {Et secundum proportionem} &c. Tertio ostendit quomodo album & nigrum se habeant adinuicem ibi. {Et quemadmodum nigrum} Dicit ergo primo quod sicut alij colores medioum generantur ex commixtione albi & nigri, vel ipsorum secundum se, vel ex commixtione causarum dulcis & amari. Calidum enim perfecte digerens humidum, causat saporem dulcem: priuatio autem humidum perfecte digesti, est causa amaritudinis. Alij vero saporum causantur in medio modo se habet nec totaliter est consumptum, nec totaliter est indigestum.

Quia enim sapor propinquius sequitur humorem quod calorem, non oportet considerare medium & extrema in calidum, sed secundum humidum aequaliter passum à siccio & calido: quia in hoc principaliter consistit natura saporum: alioquin si medium & extrema acciperentur in saporibus secundum calidum, non essent dulce & amarum extrema, sed dulce esset medium. Nam calidum intensum & consumens frigidum, aut dirigens calidum, aut omnino deficiens in dirigendo propter victoriam frigidi, causat ponticum vel acetosum saporum: calor autem moderatus sufficiens ad digerendum causat dulcedinem. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Et proportione quidem eo quod tum magis, tum minus illorum vnusquisque suscipiat, sive per quosdam mixtionis numeros & motiones, seu indifinite. Quicunque autem ex illis mixti voluntatem faciunt, vt solum in numeris.

Et secundum proportionem etiam, eo quod magis vel minus vnusquisque est secundum numeros quosdam commixtionis & motus, sive indeterminate. Qui autem delectationem faciunt, commixti hi in numeris solum.

Agit de distinctione medioum saporum. Et primo quantum ad differentiam delectabilis & indelectabilis, secundo quantum ad nomina. ibi {Qui quidem ergo pinguis} Tertio quantum ad numerum, per similitudinem ad colores. ibi {Fere enim aequales} Dicit ergo primo, quod medioum saporum diuersificatur secundum proportionem commixtionis, in quantum, vnusquisque eorum vel magis vel minus accedit ad dulcedinem, sive amaritudinem. Quod quidem contingit dupliciter, sicut in coloribus dictum est. vno modo in numeralem proportionem obseruatam in praedicta commixtione & transmutatione humidum à calido, alio modo in indeterminatem superabundantiam, absque proportione numerali. Solum autem illi saporum delectant gustum, qui sunt commixti in numeralem proportionem. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Pinguis igitur dulcis est sapor: salsum autem & amarum idem fere sunt: aeris vero, & austerus, & acerbis, & acidus, in mediocritate consistunt.

Qui quidem ergo pinguis, est dulcis sapor. Amarum vero & salsum fere idem sunt. Ponticus vero & austerus, & stypticus, & acutus, in medio.

Differtia et numerus saporum videtur

Distinguit saporum medioum secundum nomina. Et dicit quod sapor pinguis est quasi idem cum dulci, uterque enim sapor designat digestionem humidum à calido veruntamen in dulci sapore ostenditur calor magis dominari super humidum. vnde pinguis sapor propinquior est aquoso, sive insipido saporum, propter abundantiam humiditatis. Simi-

liter etiam amarus sapor & salsum fere sunt idem, uterque enim ostendit excessum coloris consumentis humidum. veruntamen in amaro videtur esse maior consumptio humiditatis quod in salso: quia in salso videtur esse consumptum humidum infusum corpori: In amaro autem videtur esse vterius resolutum & consumptum, vel totaliter, vel in parte humidum, conglutinans substantiam corporis. Vnde faeces corporum resolutorum & interminatorum sunt amarae. In medio autem sunt ponticus, sive mordicatus sapor & austerus, acetosus, & stypticus & acutus, ita tamen quod ponticus & acetosus consistunt in humore nondum digesto propter defectum caloris: propter quod fractus indigesti sunt vel acetosi saporis, vt poma acerba: vel pontici, sicut pira acerba. Ponticus tamen sapor videtur plus habere de terrestri. Vnde & terra fere ponticum saporum habet. acetosus autem videtur plus habere de frigido. Stypticus autem sapor videtur etiam multum habere de terrestri: propinquius enim est pontico, sed plus habet de calido: magis enim ad digestionem accedit. vnde etiam quaedam digesta habent saporum stypticum, sicut fructus myrti. Acutus autem sapor significat excessum caloris, non quidem consumentis, sed super digerentis humidum. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Aequales enim fere saporum & colorum sunt species. Septem namque utrinque species, si quis (vt recta dicit ratio) fuscum nigrum quidam esse posuerit. Restat igitur flauum quidem albi esse, quemadmodum pingue est dulcis. Puniceu[m] vero & purpureum, & viride, & ceruleum in intermedio albi & nigri esse. Reliqui autem ex his sunt mixti.

Fere enim aequales humorum species & colorum sunt. Septem enim amorum species, si quis ponat, sicut rationale liuidum nigrum aliquid esse. Relinquitur enim stanum quidem albi esse, quemadmodum vnctuosum est dulcis. Puniceus vero & alurgon, & viride, & ciarium in medio albi & nigri, Alij vero mixti ex his.

Saporum medioum distinetur aequalis numero saporum colorum.

Distinguit saporum medioum secundum numerum per similitudinem ad colores. Et dicit quod species humorum, id est saporum sunt fere aequales numero speciebus colorum. Septem autem species saporum sic numerande sunt, vt pinguis sapor non distinguatur à dulci: Salsum autem distinguitur ab amaro, ita quod, si his tribus saporibus addantur alij quatuor superenumerati, erunt 7. saporum. Similiter etiam rationabiliter dicitur ex parte colorum, quod liuidum se habet ad nigrum, sicut salsum ad amarum. Flauum autem ad album, sicut pingue ad dulcem. In medio autem erunt hi colores. Puniceus, id est rubeus, & Alurgon, id est citrinus, & viridis, & ciarium, id est color caelestis: ita tamen quod viride & ciarium magis appropinquant ad nigrum: puniceum autem & citrinum, magis appropinquant ad album. Sunt autem aliae species plurimae colorum & saporum, ex commixtione praedictarum specierum adinuicem. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Et quemadmodum nigrum albi est priuatio in perspicuo, ita salsum et amarum dulcis in nutritiuo humido, quamobrem omnium que comburuntur amarus est cinis: ab illis enim potabile exhaustum est.

Et quemadmodum nigri priuatio est albi in perspicuo, ita amarum & salsum dulcis in nutrimentali humido. Quare, & cinis combustorum amarus omnium. exhalatum enim ex ipsis potabile.

Comparat amarum ad dulce. Et dicit, quod sicut nigrum est priuatio albi in perspicuo, ita amarum & salsum est priuatio dulcis in humido nutrimentali. Semper enim alterum contrariorum est vt priuatio, vt patet ex 1. 0. Meta. Et,

Universitas de Deusa  
16

Et, quia amaram esse priuationem dulcis, inde est quod omnium combustorum cinis est amarus, propter exhalationem humidam nutrimentalis, quod potabile vocat. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Democritus autem et plurimi Physiologorum, qui de sensibus pertractarunt, absurde sane faciunt, sensilia enim omnia tactilia esse volunt. Atqui si istuc hoc se habet modo, manifestum certe est quod aliorum vnusquisque sensuum tactus est quidam, quod autem hoc fieri non possit baudquaquam difficile est animaduertere.

Democritus autem & plures Physiologorum, quicumque dicunt de sensibilibus, incongruissimum aliquid faciunt. Omnia enim sensibilia tangibilia faciunt. Etenim si hoc taliter se habet, manifestum, quod & aliorum sensuum vnusquisque tactus quidam est. hoc autem quod sit impossibile, non difficile est discernere.

Excludit falsas opiniones aliorum de natura saporum. Primo in generali quantum ad omnia sensibilia, Secundo in speciali, quantum ad saporis. ibi { Quidam autem proprie } Circa primum duo facit. Primo improbat opinionem Antiquorum, quantum ad hoc quod reducebant omnia sensibilia ad qualitates tangibiles, Secundo quantum ad hoc quod reducebant sensibilia propria ad sensibilia communia, ibi { Amplius autem communibus } Dicit ergo primo, quod Democritus & plurimi Naturalium philosophorum, quicumque intromittunt se ad loquendum de sensibilibus, faciunt quoddam incongruissimum: quia omnia, sensibilia dicunt esse tangibilia, quod si esset verum, sequeretur quod quilibet sensus esset tactus, cum potentia distingueretur in obiecta. Quod autem hoc sit falsum, facile est videre: quia alij sensus sentiunt per medium extraneum, non autem tactus. Deinde cum dicit.

Præterea etiam communia sensuum omnium usurpant pro proprijs magnitudo enim, & figura: & asperum, & lene, acutum quinetiam & obtusum, que in corporum sunt mole, communia sunt sensuum: & si non omnium, visus saltem et tactus. Quamobrem in his falli possunt, in proprijs autem non falluntur, ut visus in colore, & auditus in sonis.

Amplius autem communibus sensuum omnium vtuntur quasi proprijs. Magnitudinem enim & figuram: & asperum, & lene: amplius autem acutum & obtusum, quod in magnitudine est communia sunt sensuum: & si non omnium, sed visus & tactus. Quare & de his decipiuntur, de proprijs autem non decipiuntur: velut visus de colore, & auditus de sonis.

**Sensibilia communia quæ sunt.** Arguit Antiquos in hoc, quod vtentur sensibilibus communibus quasi proprijs. Reducebant enim colores, & sapores, & alia sensibilia ad magnitudinem & figuram. Magnitudo enim & figura, & asperum, & lene, secundum quod ad figuram pertinent, & similiter acutum & obtusum, que etiam pertinent ad dispositiones figurarum habentium angulos, sunt communia sensuum. quamuis non omnia hæc percipiuntur ab omnibus sensibus, percipiuntur tamen saltem tactu & visu, & ita non sunt propria sensibilia: quia sic vno solo sensu sentiuntur. Dicit autem quod acutum & obtusum, quod est in melodijs, vel in magnitudinibus secundum aliam literam, id est in corporibus, ad differentiam acuti, secundum quod est in vocibus & in saporibus. Et prædicta sunt sensibilia communia, manifestat per quoddam signum, quod circa huiusmodi, que dicta sunt, decipiuntur sensus: qui tamen non decipiuntur de proprijs sensibilibus, sicut visus non decipitur de colore, nec auditus de sonis. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Quidam autem propria ad ista referunt, ut Democri-

tus. album enim & nigrum, hoc quidem asperum esse vult, illud vero lene. Ad figuras autem sapores refert.

Quidam autem propria ad ista reducunt, quem modum Democritus album quidem & nigrum: hoc quidem asperum dicit esse, hoc vero lene esse. Ad figuras autem reducunt sapores.

Excludit opiniones prædictas in speciali. Et primo narrat eas, secundo improbat. ibi { Quamuis autem nullius } Dicit ergo primo, quod quidam reducunt propria sensibilia ad ista communia, sicut Democritus, qui nigrum dixit esse asperum, existimans obscuritatem nigri causari propter hoc quod partes, quæ supereminet in aspero, occulant alias. Album autem dixit esse lene, existimans claritatem albi provenire ex hoc, quod lene totaliter illulretur propter hoc quod partes eius equaliter iacent. Sapores autem reduxit ad figuras propter hoc, quod inuenit acutum & obtusum in saporibus sicut in figuris æquiuocatione deceptus. Secundo ibi.

Atqui vel nullius, vel certe visus magis est communia discernere, si igitur magis est ipsius gustus, exquisitissimi autem est sensus circa vnusquodque genus diuicare quæ sunt minima, oportebat sane & alia communia gustuum sentire maxime: & in alijs etiam figuris iudicij esse exquisitissimi.

Quamuis aut nullius, vel magis visus est communia cognoscere. Si ergo gustus magis minima quidem, certissimi sensus est discernere circa vnusquodque genus. Quare oportebat gustum & alia omnia sentire, maxime & figurarum esse discernentissimum.

Improbat prædictam opinionem de saporibus tribus rationibus. Quarum prima est, quod nullus sensus cognoscit figuras, quales propria sensibilia: & si essent alicui sensui propria, maxime pertinerent ad visum. sed, si saporibus essent figura, sequeretur quod gustus magis ea cognosceret. Si ergo hoc est verum, cum sensus aliquis quanto est certior tanto possit maxime discernere etiam minima in vnoquoque genere, sequeretur, quod gustus tanquam certissimus cognosceret communia sensibilia: & maxime discerneret figuras, quod patet esse falsum: quia visus in hoc est potentior. Secundam rationem ponit ibi.

Omnia præterea sensilia contrarietatem habent, ut in colorum genere nigro album contrarium: & in saporibus, dulci & amaro: figura autem figura contraria nulla est. cui enim ex multangulis contrarius est circulus.

Amplius sensibilia quidem omnia habent contrarietatem, velut in colore, nigro album, in sapore, dulci amaram: figura autem figura non putatur esse contrarium. Cui enim polygoniarum circumscribens contrarium.

Que talis est. Omnia sensibilia habent contrarietatem: quia in ea fit alteratio, ut probatum est 7. phyli. sicut in colore sunt contraria album & nigrum, in saporibus autem dulce & amarum. & idem patet in alijs. Videtur autem esse instantia in lumine, quod secundum se non habet contrarietatem, utpote qualitas propria existens supremi corporis contrarietate carentis. Tenebra vero opponitur ei ut priuatio, non ut contrarium. habet tamen contrarietatem in eo quod participat in coloribus. sed figura non videtur esse contraria figura, non enim est assignare quod polygoniarum, id est figurarum habentium multos angulos, sit contrarium circumscribens. i. circulus: qui nullum angulum habet. Contraria enim maxime distant. Non enim est dare aliquam figuram, qua non sit inuenire aliam plures angulos habentem: ergo sapores non sunt figurae. Tertiam rationem ponit ibi.

Iam vero cum infinitis sint figurae, infinitos etiam esse sa-

Sensibilia communia a proprijs eripiuntur ratione distiguntur, quæ in prima dicitur.

N. LEON.

Secunda ratio.

N. LEON.

pores necesse est. quam enim ob causam hic quidem sensum facit sapor, ille autem facere non potest? Et de sapore quidem, & gustabili satis sit dictum. Alia namque saporum passiones in ea philosophia parte, qua de stirpibus est, peculiarem persequutionis habent modum.

Amplius & figuris existentibus infinitis, necesse est sapores esse infinitos. Quare enim hic quidem faciet sensum, hic vero non faciet? De sapore & gustabili quidem igitur dictum sit. alie namque passiones saporum, propriam habent considerationem in de Naturalis scientia parte, qua est de Plantis.

Que talis est. Figure sunt infinite, sicut & numeri. multiplicantur enim secundum numerum angulorum, & linearum, ut patet in triangulo & quadrangulo. Si ergo sapores essent figurae, sequeretur quod essent infinite species saporum, quod patet esse falsum: quia nulla esset ratio, quare vnus sapor sentiretur & non alius. Non autem discernit sensus infinitos sapores, ergo sapores non sunt figurae. Vltimo autem epilogoando concludit quod dictum est de sapore & gustabili, quædam autem alie proprietates saporum propriam habent considerationem in libro de Plantis, quem Aristoteles non fecit, sed Theophrastus, ut Alexan. hic dicit in commento.

LECTIO XII.

A quorum odor generari aptus natus sit, & in quo aeri & aquæ commune suscipiatur.

N. LEON.

Eodem etiam modo de odoribus intelligere opus est. Quod enim in humido siccum efficit, id alio facit in genere sapidum humidum in aere similitur & aqua.

De odoribus.

Eodem vero modo oportet intelligere, & circa odores. Quod enim facit in humido siccum, hoc facit in genere alio enchimum humidum in aere & in aqua similitur.

Postquam philosophus determinauit de saporibus, hic incipit determinare de odoribus. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de odoribus, In secunda comparat sensum odoratus ad alios sensus. ibi { Videtur autem sensus, qui est odorandi } Circa primum duo facit. Primo determinat generationem & naturam odoris, secundo determinat species ipsius. ibi { Species autem odorabilis } Circa primum duo facit. primo manifestat quid sit passivum in generatione odorum, Secundo quid sit actiuum. ibi { Quoniam vero ab enchimo } Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, Secundo exponit quod dixerat. ibi { Commune autem his } Tertio probat. ibi { Non enim solum } Dicit ergo Primo quod eodem modo oportet intelligere in generatione odorum, sicut & in generatione saporum, sicut quod aliquid est in generatione saporum passivum, & aliquid actiuum. Dictum est enim circa sapores, quod humidum aqueum patitur a sicco terrestri, & sic reducitur per actionem caloris ad hoc quod sit saporosum: in generatione autem odoris est actiuum humidum enchimum. Et dicitur enchimum ab En, quod est in, & Chimus, quod est humor: quasi humore existente imbibito & incorporato alicui sicco. hoc igitur est actiuum in odore: passivum autem est aliquid aliud genus, quod comprehendit sub se aerem & aquam Deinde cum dicit.

N. LEON.

Horum autem commune omnium, nunc quidem perspicuum dicimus. Est autem odorabile non quod perspicuum, sed quod sapida siccitatis diluuntur abstersiuumque est.

Commune autem his, nunc quidem dicimus perspicuum. Est autem odorabile, non secundum quod perspicuum, sed secundum quod lauabile, vel mundabile enchime siccitatis.

Exponit quid sit illud genus commune aeri & aquæ, quod est susceptiuum odoris. Et dicit, quod commune vtriusque dicitur esse perspicuum: non tamen perspicuum, in quantum perspicuum, est susceptiuum odoris, sed coloris, vel ut pra habitum est: sed est susceptiuum odoris secundum quod est lauabile vel mundabile enchimi siccitatis, id est secundum quod est receptiuum enchimi siccitatis. quam quidem receptionem vocat lauacionem, vel mundacionem. in quantum aliquid per humidum receptiuum natum est abluui vel mundari. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Non enim solum in aere, sed in aqua etiam odora existit vis. quod ex piscibus, & ostraceo genere est manifestum: olfacere namque videntur, cum neque sub aquis sit aer (superemicat enim si fuerit) neque ipsa respicient.

Non enim solum in aere, sed & in aqua quod odoris est manifestum est autem in piscibus & ostracodermitis. Videntur enim odorare, nec aere existente in aqua. Supernatas enim aer, cum in aqua fuerit, nec ipsa respiciat.

Solus aer si est susceptiuus odoris.

Probat quod supposituerat, scilicet susceptiuum odoris non solum sit aer, sed etiam aqua. Et primo inducit huius probationem, Secundo concludit quid sit proprium susceptiuum odoris. ibi { Si quis ergo } Dicit ergo primo, quod odor non solum suscipitur in aere, sed etiam in aqua: & hoc manifeste ostenditur propter hoc quod pisces alij, ut sunt ostracodermitis, animalia dura testæ, viuencia in aqua, videntur odorare ex hoc quod a longe odore trahuntur ad alimentum, quod videre non possunt. Et ex hoc apparet quod aqua est susceptiuum odoris duplici ratione. Primo quidem quia huiusmodi animalia non viuunt in aere, sed in aqua. Quod autem sub aqua, in qua huiusmodi pisces degunt, non sit aer sed aqua, probat per hoc, quod aer supernatet aquæ, etiam si infra aquam ponatur: sicut patet de vitro inflato, si per violentiam submergatur, quod supernabit aquæ. Secundo etiam, quod si daretur quod aer esset infra aquam, cum tamen huiusmodi animalia non respirent aerem, ita non sentirent odorem, si solus aer esset odoris susceptiuus. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Si quisquam igitur & aerem & aquam ponat humida, erit certe odor sapida natura siccitatis in humido: huiusmodique etiam ipsam est olfactile.

Si quis ergo ponat aquam & aerem vtraque humida, erit vti que quæ in humido enchimi siccitatis natura odor: & odorabile tale.

Odor quid.

Concludit quid sit proprium susceptiuum odoris. Et dicit quod ex quo aer & aqua, quæ sunt susceptiuæ odoris, sunt humida, sequitur quod odor nihil sit aliud quæ quædam natura, scilicet forma ab enchimo sicco impressa in humido, quod est aer & aqua. & illud est odorabile, quod est tale, id est humidum habens naturam sibi impressam ab enchimo sicco. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Quod autem a Sapido istac provenit passio, ex ijs que odorem habet, quæ illo cauent, manifestum esse potest. Elementa enim odorem non habent, ut ignis, aer, terra, aqua, quoniam ex illis cum sicca, tum humida, insipida sunt, nisi commixtum quippiam saporem faciat. Et ideo mare odorem habet. quoniam saporem & siccitatem habet. salque nitro odorator est, quod sane defluens ex illo indicat oleum. Nitrum vero terreum est magis. lapis præterea caret odore: insipidus enim est. Ligna odora sunt, quoniam sapida: & borum aquatica minus. Metallorum quinetiam aurum odore caret, insipidum enim est: es autem & ferrum sunt odora, cui vero exustum fuerit humidum omnium odore carent scoria. argentum vero & stannum, nonnullis quidem odorator existunt, alijs vero minus odora: aquea enim sunt.

Quoniam vero ab enchimo passio, est manifestum & per habentia & non habentia odorem. Elementa enim inodora...

odore conveniunt omnes, ij quidem ut exhalatione quaedam esse illum: alij autem ut evaporationem: nonnulli vero ut...

Videtur autem quibusdam famulis evaporatio esse odor communis existens terra & aeri. & omnes in hanc opinionem concurrunt.

Ostendit qd enchimum sit activum odoris per opiniones aliorum, Secundo excludit eas: ibi {Sed neutrum horum.} Tertio concludit propositum. ibi {Quoniam ergo.}

Sed neutrum illorum esse videtur. exhalatio enim aqua est, fumida vero & evaporatio in aqua fieri haud quaquam potest, odorant autem, ut dictum est prius, ea etiam que in aqua degunt.

Sed neutrum horum videtur. Vapor enim aqua est: fumalis vero evaporatio impossibile est in aqua fieri. Odorant enim & que in aqua, sicut dictum est prius.

Excludit praedictas positiones duabus rationibus. Quarum prima est quia vapor pertinet ad aquam, quae non est odorabilis absque admixtione siccitatis, sicut supra dictum est: fumus autem non potest fieri in aqua, in aqua tamen fit odor, ut supra est ostensum per hoc, quod quaedam animalia odorant in aqua: ergo odor non est fumus, nec vapor.

Secundam rationem ibi. Praeterea evaporatio eo dicitur modis quo defluxiones, si igitur illa minus recte se habent, neque haec sane recte se habeat.

Amplius evaporatio similiter dicitur effluxionibus. Si igitur nec illa bene, nec ista bene.

Quae talis est. Similis ratio est quae evaporatio dicitur odor: & quod colores dicantur effluxiones: sed illud non dicitur bene de coloribus, ut supra dictum est ergo nec istud bene dicitur de odoribus. Utrobique enim sequitur quod sensus fiat per tactum, & odorum, & colorum: & quod corpora odorata & visa diminuerentur, & tandem totaliter resolverentur.

Enchima odorabilia sunt, enchima vero minima.

MOII

MOII

Aurum est ponderosius ceteris metallis quae corrosivius.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

Secunda ratio. Odor non movetur per tactum.

rentur per effluxionem vel resolutionem. & hoc est inconveniens, praesertim cum inveniatur tam a remotis aliquid videri & odorari, quod nullo modo resolutio corporis usque illuc reduci possit.

Quod igitur id quod in aere, & quod in aqua est humidum a sapida siccitate accipiat quippiam & non afficiatur non est obscurum. & enim aer suapte natura humidus est.

Quod ergo contingat recipere humidum, & illud quod in spiritu: & illud quod in aqua, & pati aliquid ab enchyma siccitate, non immanifestum. Etenim aer humidus natura est.

Concludit propositum, scilicet ex quo odor non est nec vapor, nec fumus manifestum est quod humidum, quod est in spiritu, in aere & in aqua patitur ab enchyma siccitate, & sic odor fit & sentitur. Humidum enim non solum inveniatur in aqua, sed etiam in aere. Deinde cum dicit.

Praeterea si eodem modo in aere sicut in alijs humidis, cum dilutum efficit siccum, clarum certe est, quod odores saporibus proportionem convenire necesse est.

Adhuc autem siquidem similiter in humidis faciat & in aere, quemadmodum lauat siccum, manifestum, quod oportet proportionales esse odores humoribus.

Manifestat quod enchimum sit activum odoris per affinitatem ad saporem. Et circa hoc tria facit. Primo proponit dicens, & si enchimum, similiter facit odorem in humido aereo & in aere, sicut siccum terrestre lauat per humidum aereum facit saporibus, manifestum est quod odores oportet proportionatos esse saporibus. Secundo ibi.

Quod profecto in quibusdam contingit. Aeres enim & dulces sunt odores, nec non austeri & acerbi, & pingues. Amarum autem putridum proportionem respondere quisquam recte affirmare possit. Quapropter ut illi egre possunt, sic in ingrate odorantur. Manifestum igitur est quod illud quod in aqua est sapor, hoc in aere & aqua odor est.

Sed adhuc hoc in quibusdam accidit. etenim acetosi & dulces sunt odores, & austeri, & pontici, & crassi, & amarum proportionales dicat utique quis putridos. Quare quemadmodum illa difficilis proportionis, putrida diaphana purissima sunt. Manifestum ergo, quoniam quod in aqua sapor, hic in aere & in aqua odor.

Manifestat propositum adaptando odores saporibus. Et dicit quod in quibusdam hoc accidit manifeste. Dicuntur enim acerosi & dulces, odores & austeri, & styptici, & potici, & crassi, sicut & saporibus: sed amaros odores non dicimus: sed putridi odores proportionabiliter respondent amarum saporibus. quia amarum saporibus difficile torbentur. Putrida sunt diaphana purissima, id est difficilis respirationis. Unde manifestum est ex hac affinitate odoris ad saporem quod sicut sapor fit in aqua, ita odor in aere & aqua. Tertio ibi.

Et hanc ob causam frigus & congelatio saporibus abundant, & odores evanescere faciunt, quandoquidem calidum, quod architectatur & movet, frigus & gelu intervinunt.

Et propter hoc frigus, & congelatio, & saporibus hebetant, & odores exterminant. Calidum enim quod movet & generat, auferunt infrigidatio & congelatio.

Probat praedictam affinitatem per impedimenta saporis & odoris, quia per frigus & congelationem, saporibus hebetantur & odores extenuantur, in quantum per praedicta auferuntur calidum, quod generat & movet odores & saporibus, ut ex dictis apparet.

LECTIO XIII.

Quaedam odoris species diversos consequentes saporibus declarantur, modusque quo tam ab homine quam alijs animalibus per respirationem percipiuntur ostenditur.

Species autem rei odorabilis duae sunt. non enim ut quidam asserunt, nulla sunt odorabilia species, sed procul dubio sunt. determinandum autem est, & quomodo sunt & quomodo non sunt.

Species autem odorabilis duae sunt. Non enim sicut quidam dicunt, non sunt species odorabilis, sed sunt. Determinandum autem quomodo sunt, & quomodo non sunt.

Postquam philolophus determinavit generationem & naturam odoris, hic determinat de speciebus odorum. Et circa hoc duo facit. Primo determinat diversas species odoris, Secundo determinat modum odorandi. ibi {Et propter hoc fit per respirationem.} Circa primum tria facit. Primo proponit esse aliquas species odoris. Secundo determinat de speciebus odoris per convenientiam ad species saporum. ibi {Hoc quidem enim est secundum saporibus.} Tertio determinat species, quae sunt odoris secundum se. ibi {Quidam autem secundum ipsos.} Dicit ergo primo, quod duae sunt species odorabilis, una quidem per convenientiam ad saporibus, alia secundum se. Falsum est enim quod quidam dicunt, odorabile species non habere, sed oportet determinare quomodo habeat, & quomodo non habet. Est enim determinare species odorum secundum convenientiam ad species saporum, ut supra dictum est, non autem sunt determinatae odoris species secundum se nisi solum secundum diversas odorabilia: sicut si dicamus alium esse odorem rosarum, & violarum, & aliorum huiusmodi. Discernitur tamen in his odoribus delectabile & ab hominabile. Deinde cum dicit.

Aliud enim horum genus per saporibus (ut diximus) est ordinatum, & cum suave, tum triste per accidens habet. quoniam enim illius, quod alit, sunt passiones, appetentibus quidem suaves illorum sunt odores: saturis autem, & nullius indigentibus neque odores sunt suaves, neque id quod odores habet alimentum eisdem suave est, quamobrem y quidem (ut diximus) ex accidenti suave & triste in se habent quapropter omnium communes sunt animantium.

Hoc quidem enim est secundum saporibus ordinatum ipsum, sicut dictum est, & delectabile, & triste, habent secundum accidens. Quoniam enim nutritivi passio est: appetentibus quidem delectabiles odores eorum sunt: plenis autem & nihil egentibus non delectabiles, neque odores. Et esca habens odores quibuscumque non delectabilis, neque his, Quare iste quidem, velut diximus, secundum accidens quidem habent delectabile & triste, propter quod omnibus sunt communes animalibus.

Determinat de speciebus odorum, quae consequuntur species saporum. Et dicit, quod inter odorabilia aliquid est odoratum secundum saporibus species, ut supra dictum est, & ideo delectabile & contritans est in eis secundum accidens, in non in quantum habent odorem, sed in quantum eorum odor significat nutrimentum. Odor, enim est quaedam passio nutrimenti, sicut & sapor, animal enim discernit convenienti nutrimentum a remotis per odorem, sicut coniunctum per saporibus. Et ideo huiusmodi odores non, sunt delectabiles animalibus repletis, & quae cibo non indigent, sicut nec esca habens hos odores est his delectabilis, sed animalibus appetentibus cibum, id est esurientibus, vel sitientibus sunt huiusmodi odores appetibiles, sicut & cibus vel potus est eis appetibilis. Unde manifestum est quod

N. LEON.

N. LEON.

Dylana pro illa egre spirabilia.

Prima ratio.

Quaedam animalia in aqua odorant.

Secunda ratio.

Odor non movetur per tactum.

*Animalibus  
progressius  
requiritur o-  
dore proprium  
distinctum non  
autem inmo-  
bilibus.*

N. LEON.

quod huiusmodi odorabile habet delectationem, & tristitia secundum accidens, sicut dictum est, ratione nutrimenti. Et quia nutrimentum est commune omnibus animalibus, ideo omnia animalia percipiunt hos odores. quod tamen intelligendum est de omnibus animalibus habentibus motum progressivum, quae necessario habent quarere alimentum ex longinquo per odorem animalibus autem in motu sufficit gustus & tactus ad discernendum convenientiam alimenti. Deinde cum dicit.

Odorum autem nonnulli per se suaves sunt, ut florum. Quidam autem odores secundum se ipsos delectabile sunt, quemadmodum illi qui florum.

Determinat species odoris per se. Et primo ponit huiusmodi species odoris. Secundo ostendit a quibus animalibus percipiuntur. ibi. Hoc quidem igitur odorabile. Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum. ibi. Nihil enim magis. Tertio excludit obiectionem contrariam. ibi. Qui autem nunc commisit. Dicit ergo primo, quod quidam odores sunt delectabiles sicut se ipsos, id est non per comparationem ad alimentum, sicut fit de odoribus florum. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Siquidem magis aut minus nihil ad escam inuitant, neque ad appetentiam quicquam conferunt, sed contrarium efficiunt in agis. Verum etenim est quod in Euripidem cailla tus est Stratis, cum lenticula coquitur unguenti nihil infundito.

Nihil enim magis vel minus ad escam inuitant, nec conferunt ad desiderium quicquam, sed contrarium magis. Verum enim est, quod Euripidem vituperans Stratis dixit. Quando lentem decoquis, non infundas myrrin.

Probat quod huiusmodi odores sunt secundum se delectabiles, quia, si non habent conferre ad escam, ut videlicet appetentes escam magis his odoribus delectentur, & repleti minus. Neque etiam huiusmodi odores conferunt aliquid ad desiderium escae, sicut odores, de quibus supra dictum est, promouentes escam appetitum, sed magis accidunt contrarium: quia per immixtionem horum odorabilium, red dicitur escam indelectabilis: quia frequenter quae bene redolent secundum huiusmodi odorem, sunt mali saporis. Et inducit ad hoc verbum cuiusdam poetae comici, qui Stratis dicebatur, qui in vituperium alterius poetae, sicut Euripidis exquirentis cibaria nimis delicata parata dixit. Quando lentem decoquis, non infundas myrrin. unguentum suauiter redolens, quod non oportet quod in pulmento tuo aponas aliqua suauiter redolentia. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Atque nostri temporis homines tales in proculis odorum miscens vires, assuetudine vim voluptati facere contendit, ut a duobus suauitas proveniat sensibus, ut una ab unio.

Qui autem nunc commisit ad potationes tales virtutes, vim faciunt per usum delectationi: donec utiq; a duobus sensibus fiat delectabile: quemadmodum unum et ab uno.

Excludit obiectionem quae posset fieri propter consuetudinem quorundam, talia cibis admiscendum. Sed ipse respondet dicens, quod illi, qui huiusmodi virtutes, id est res odoriferas, commiscunt cibis & potibus, faciunt per consuetudinem quandam violentiam naturali delectationi: ut, si perueniat ad hoc quod unum & idem sit delectabile duobus sensibus, scilicet gustui & odorati: sicut naturaliter est unum delectabile vni sensui. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Hoc autem odoris genus homini est proprium, cum illud, quod saporibus est applicitum, alijs etiam (ut dictum est) animalibus comparat. Et illorum quidem species, quoniam ex accidenti suave & triste habent, per saporis determinantur: huius autem minime, quoniam eius natura suavis per se est, vel tristis.

*Exgr. Ad  
quum In lra  
e unguentis.*

Hoc quidem igitur odorabile, proprium hominis est. Quod autem secundum saporis ordinatum est, & aliorum animalium est, sicut dictum est prius. Et illorum quidem, quia secundum accidens habent delectabile, diuiduntur species secundum saporis. Istius autem non iam, propterea quod natura ipsius est secundum se ipsam delectabilis aut tristis.

Ostendit a quibus huiusmodi odorabilia percipiuntur. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo assignat causam dictorum. ibi. Causa autem est. Tertio excludit obiectionem. ibi. Cibum. Dicit ergo primo, quod hoc odorabile, quod secundum se delectat, vel contristatur est proprium hominis: quia, si solus homo huiusmodi odorabilia discernit, & in eis delectatur, vel contristatur. Unde quantum ad hoc abudat in homine sensus odoratus praeter alijs animalibus. Sed odor, qui coordinatur saporis competit etiam alijs animalibus, quae in huiusmodi odoribus discernendis, habent acutiorem sensum quam homo, & quantum ad hoc supra dixit, quod sensum odoratus habemus peiorem alijs animalibus. Et, quia illi odores, qui coordinatur saporibus, habent delectationem per accidens, sicut per comparationem ad escam, ideo species eorum distinxit sicut species saporum: quod non contingit in his odoribus, qui sicut in propria natura habent tristitiam, vel delectationem. sed huius odoris species distingui non possunt nisi sicut in odorabilia, ut dictum est. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Cur autem homini proprius talis existat odor in causa est cerebri frigiditas. cum enim suapte natura frigidum sit cerebrum, sanguisque, qui in eius continetur venulis, tenuis sit & purus, et qui de facili algeat: et propterea ciborum exhalatio ob loci naturam refrigerata, fluctuum morbos affert, talis profecto odorum species hominibus ad sanitatis subsidium est attributa: nullum enim aliud praeter hoc illius est officium. Istuc autem manifestum sit.

Causa autem cur proprius sit hominis talis odor, est propter frigus, quod circa cerebrum est. Frigido enim natura existente cerebro & sanguine, qui circa illud in angustiis venis existente subtili & puro, de facili autem in frigidabili propter quod & cibi fumositas in frigidata, propter locum, rheumaticas egritudines facit hominibus. propter quod facta est ista species odoris. Nullum enim aliud est opus ipsius quam hoc. Hoc autem facit manifeste.

Assignat causam praedictorum. & dicit, quod odor secundum se delectabilis, est proprius hominis ad temperatum frigiditatem cerebri ipsius. Homo enim habet maius cerebrum sicut in quantitatem sui corporis inter caetera animalia, cerebrum autem secundum suam naturam est frigidum: & sanguis, qui circa cerebrum continetur in qui buldam subtilibus venis, est de facili in frigidabilis, & ex hoc contingit, quod summi resoluti a cibo sursum ascendentes, propter loci intrigiditatem, inspissantur in frigidati: & ex hoc causantur rheumaticae infirmitates in hominibus & ideo in adiutorium sanitatis contra superfluum cerebri frigiditatem attributa est ista species odoris hominibus, & si quandoque huiusmodi odores grauent cerebrum, hoc est quia non adhibentur sicut quae debent, sed superflue ipsam calefacientes faciunt nimiam resolutionem. sed, si modo debito adhibeantur, conferunt ad sanitatem: & hoc manifeste apparet ex effectu, cum tamen nulla alia utilitas appareat talis odoris. parum enim deseruit intellectui perceptio talium odorum ad investigandas naturas rerum: cui multum deseruit visus & auditus, ut supra ostensum est. Deinde cum dicit.

Quoniam suavis plerumque cibis cum siccus, tamen humidus morbosus est. Suavis autem per se odor quoquo modo se ha-

N. LEON.

se habentibus semper (ut ita dicatur) est salubris. Cibum enim delectabilis existens & siccus, & humidus, multoties infirmans est. Qui autem ab odore secundum se ipsum odor, operi, quomodocumque se habeat, semper utilis est, ut est dicere.

Excludit quandam obiectionem. Posset enim aliquis dicere, quod ad praedictum remedium sanitatis sufficeret aliqua species odorabilis, quae coordinatur saporis. sed ipse respondet, quod illa species odoris, quae est delectabilis, propter cibum multoties magis grauat caput, vel propter superfluum humiditatem, vel propter superfluum siccitatem. Sed illa species odoris, quae est sicut se delectabilis, semper est utilis ad sanitatem ex sui natura. Addit autem (ut est dicere) propter indebitum usum. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Et hanc ob causam per spirationem fit non omnibus, sed hominibus, & ipsis quae sanguinem habet quadrupedibus. quoniam ipsae, quae aere magis sunt naturae.

Et propter hoc fit per spirationem, non omnibus sed hominibus, & sanguinem habentibus: velut quadrupedibus, & magis participantibus naturam aeris.

Concludit ex praedictis debitum modum odorandi. Et primo in hominibus & in alijs animalibus respirantibus, secundo in animalibus non respirantibus. ibi. Quae vero non respirant. Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, secundo assignat causam propositam quantum ad homines. ibi. Assistentibus nanque. Tertio quantum ad alia animalia. ibi. Aliis vero. Dicit ergo primo, quod quia odor utilis est ad temperandum cerebri frigiditatem, ideo odoratio fit per spirationem, non quidem in omnibus animalibus, sed in hominibus, & quibusdam animalibus habentibus sanguinem, sicut in quadrupedibus & aibus, quae etiam magis participant aere & naturam aeris, ut eorum motus demonstrat. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Cum enim propter caloris in se reperti leuitatem sursum ad cerebrum ferantur odores, locus certe ille salubrior se habet. odorum nanque vis suapte natura calida est. Ad duo autem natura spirandi videtur opere. ex proposito quidem ad pectoris auxilium, praeter propositum autem ad odorem spirante enim animali, cum ex traiectu per nares efficitur motio. Hominis autem natura proprium est eiusmodi odorum genus: quoniam pro magnitudine amplissimum & humidissimum animalium omnium habet cerebrum. & eam ob causam solis (ut ita dicatur) inter reliqua animalia, sentit, & delectatur florum taliumque id genus, odoribus homo: commensurata enim illorum est caliditas & motio, ad superfluentem loci illius humiditatem, & frigiditatem.

Ascendentibus nanque odoribus ad cerebrum propter leuitatem caloris, quae in ipsis, sanius habent circa locum hunc. Odoris nanque virtus natura calida est. Utitur autem natura respirazione ad duo, ut operose quidem ad thoracis adiutorium, ut aduentitiae ad odorem. Respirante enim sicut ex transitu facit per nares motum. Proprium autem hominis naturae tale genus odoris: quia plus cerebrum & humidius habet alijs animalibus secundum magnitudinem. propter hoc enim & solum, ut est dicere, aliorum animalium homo, & gaudet florum & talium odoribus. commensuratur enim eorum calor et motus ad hyperbolem eius, quae in loco frigiditatis, & humiditatis est.

Manifestat causam, quare odor percipitur respirando quantum ad homines. Et dicit & odores ascendunt ad cerebrum, quia calor igneus, qui resoluit odores, dat eis quaedam leuitatem, ut superiora petant, & ex hoc sequitur quaedam sanitas circa cerebrum. Odor enim habet virtutem

calefaciendi propter calidum igneum a quo causatur & res soluitur. Unde natura videtur per spirationem ad duo, ut operose quidem, id est principaliter ad adiutorium thoracis, id est pectoris: & ad refrigerium caloris cordis. Ut aduentitiae autem, id est secundario ad percipiendum odorem. Dum enim homo respirat commouet aerem per nares attrahendo: & sic facit pertranfere odores usque ad organum olfactus. Ideo autem tale genus est proprium naturae humanae, quia homo habet inter caetera animalia, secundum proportionem suae magnitudinis, maius cerebrum, & humidius alijs animalibus. & ideo solus homo inter caetera animalia sentit, & delectatur in odoribus florum, & aliorum huiusmodi odorum: & motus ad cerebrum reducit ad debitam mensuram hyperbolem, id est super excessum frigiditatis & humiditatis cerebri. Addit autem, ut est dicere quia alia animalia fugiunt malos odores, in quantum sunt corruptiui. Deinde cum dicit.

Alijs autem quaecumque pulmones habent spirandi opera alterius odorum generis sensum concessit natura, ne duo sensuaria faceret. sufficit enim quando sic respirant, ut hominibus utriusque olfactilis, ita ipsae alterius solae attributus sensus.

Alijs vero quaecumque pulmonem habent ob respiracionem, alterius generis odoris sensum dedit natura, ut non duo sensoria faciat. sufficit enim quoniam quidem & ut respirantibus quemadmodum hominibus virorumque odorabilem, his alterorum solum existens sensus.

Assignat causam odorandi per spirationem quantum ad alia animalia. Et dicit, quod animalibus habentibus pulmonem, quae sola respirant, natura dedit sensum alterius odoris, id est pertinentis ad cibum per spirationem, ut non faciat duo organa, vnum respirandi, & aliud odorandi, cum sufficiat organum respirandi etiam ad odorandum. sicut hominibus, quantum ad duo genera odorabilem, ita etiam alijs animalibus quantum ad vnum tantum.

LECTIO XIII.

Quomodo animalia non respirantia odorent, odorati item medium esse sensum inducitur, animalia quoque odore non nutrir, contra Pythagoricos, ostenditur.

Quaecumque vero non spirant, quod quidem olfactile sentiant, manifestum certe est. pisces enim & insectorum genus vniuersum exquisito & de longe, propter alticem odoris speciem, sentiunt multum etiam a peculiari genis remota: ut apes in melle faciunt, magnarumque escarum formicarum, quas senipas quidam vocant: & ex marinis purpurae, et pleraque alia eiusmodi propter odore acute praesentunt escas.

Quae vero non respirant, quod quidem habent sensum odorabilem, manifestum est. Etenim pisces & entomorum genus omne, diligenter sentit de longe (propter nutritiuam speciem odoris) remota multum a propria: quae quemadmodum apes faciunt ad mel, & paruarum formicarum genus, quas vocant quidam senipas, & marinorum purpurae, & aliorum multa talium animalium acute sentiunt escam propter odorem.

Postquam philosophus ostendit quod homines, & quaedam alia animalia odorant respirando, hic inquit quomodo animalia non respirantia odorant. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quid circa huiusmodi animalia sit manifestum, secundo quid circa ea sit dubium. ibi. Quomodo autem &c. Dicit ergo primo manifestum esse quod animalia, quae non respirant, sentiant odorabile, ex hoc quod videmus pisces & omne genus entomorum, id est interceptorum animalium, sicut sunt formicae, apes, & huiusmodi. acute sentire

*Natura ad  
duo videtur  
respiracionis.*

N. LEON.


*Sole anima  
li habentia  
pulmonem re-  
spirant.*

N. LEON.

*Animalia et  
non respira-  
cia odorant.*







Solutio obiectionis supradictae

Textus 36

Textus 37

Pars prima mathematicorum

M. LEON.

Textus 38

Textus 39

Textus 40

Textus 41

Potentia nanque... actum autem non, nisi postquam fuerint separata...

Procedit ad solvendum principalem quaestionem... quae erat de divisione sensibilibus...

Et inde quod... quamvis superveniat visus... tamen audiuntur...

Sciungati vero tales excessus rationabiliter resoluuntur...

Ostendit quod partes separatae non sunt in infinito sensibiles...

in 1. Phy. nec tamen corpus naturale componitur ex materialibus...

Ceterum quoniam sensus excessus non est per se sensibilis...

Quoniam quoniam neque sensus superabundantia secundum ipsam sensibilem...

Ostendit propositum ex parte ipsius sensus... Ad cuius evidentiā sciendum est...

Cum autem inveniunt alicui tantae quaedam... quae actu sensibiles sunt...

Concludit ex praemissis quod... cum aliquae partes sensibilibus...

LECTIO XVI.

Quaestio dilutio An sensibilia prius medium quam sensum immutent.

Dubitare autem quispiam posset... an perveniant vel sensibilia ipsa...

Textus 36

M. LEON.

Textus 37

Potentia sitiva non est sic in infinitum

M. LEON.

M. LEON.

Obijciat

Obijciat autem utique aliquis igitur... Perveniunt autem sensibilia...

Postquam philolophus profecutus est quaestionem primam... pertinentem ad ipsa sensibilia...

Obijciat ad quaestionem motam... Et primo argumentatur ad partem falsam...

Istud autem non immerito contingere existimabitur... Quod enim movetur alicunde...

Putabitur autem utique hoc rationabiliter accidere... Quod enim movetur ab aliquo...

Argumentatur ad idem per rationem... Et dicit quod hoc videtur...

mouetur alicunde, si simul esset in vtroque termino... non movetur de vno in aliud...

Et si omne simul audit & auditur... omnino sentit & sensit... nulla est generatio...

Excludit quandam insufficientem responsum... Posset enim aliquis putare quod sensibilia...


Parua naturalia S.T. C 3 nifestum

Textus 36

M. LEON.

Textus 40

M. LEON.



nifestum per transfigurationem literarum, qñ alicuius locutio auditur ex longinquo, ac si sonus vocis literarum deferatur per medium successiue. Propter hoc, n. audientes sonum, non videntur auditu discernisse literas prolatas; quia aer motus in medio transfiguratus, quasi admittens impressionem primi sonantis. qd quidem contingit quandoq; propter aliquam aliam aeris immutationem, sicut cū multis loquentibus non potest discerni qñ aliquis eorum dicat, propter hoc q. motus inuicem se impediunt. quandoq; vero contingit propter distantiam. Sicut enim actio calefacientis, in remotioribus debilitatur, ita etiam immutatio aeris, quæ est à primo sonante, ex quo contingit qñ ad illos, qui sunt propeloquentem, perfecte contingit sonus locutionis cum debita expressione literarum, ad remotos autem cum quadam confusione. Videtur igitur similiter se habere, & de colore, & de lumine: quia etiam color, & lumen non videntur quomodocunq; sint disposita s. m. situm, sed requiritur determinata distantia. Sicut enim locutiones à remotis audiuntur, absque discretione literarum, ita etiam corpora videntur à remotis absq; discretione dispositionis singulorum partium. Nec est ita de relatione visus & visibilibus, sicut de relatione æqualitatis, ad hoc enim qñ aliqua fiat æqualia, non requiritur aliquis determinatus situs, sed qualitercunque varietur eorum situs, semper manent eodem modo æqualia. Nec differt utrum sint prope, vel longe. Videtur ergo qñ sicut transfiguratio literarum manifestat sonum successiue peruenire ad auditum, quamuis postquam iam peruenierit simul audiatur, ita etiam imperfecta visio visibilium remotorum, videtur significare qñ color & lumen successiue perueniant ad visum, quamuis simul videantur.

**N. LEON.** *An in sono quidem & odore hoc accidere rationi est consonum. Quenamodum enim aer & aqua continua quidem sunt, partibilis autem nihilominus vtriusque est motus. Quamobrem contingit quidem ut id ipsum audiat & odoretur primus & postremus, contingit autem ut non, sed nonnullis hac in re videtur inesse difficultas, fieri enim non posse, asserunt aliam alio idem audire aut videre, & olfacere, fieri enim haudquaquam potest ut multi & separatim existentes audiant vel odorentur: id enim quod vnum est, à semetipso distractum esset. an primum quidem mouens, ut tintinabulum, vel thus, vel ignem, omnes vnum & idem numero sentiunt: quod autem iam est proprium, aliud numero, specie vero idem. Quamobrem multi simul aspiciunt, odorantur, & audiunt. Sunt autem hæc neq; corpora, sed passionis & motus quidam: non, n. istuc contingeret, neque sine corpore. De lumine autem alia est ratio: eo, n. quod quiddam est, ipsum lumen est, sed non motus quispiam.*

*Vel circa sonum quidem & odorem hoc accidere rationabile est. Quenamodum enim aer & aqua continua quidem: partibiles autem amborum motus, propter quod & est quidem ut idem audit primus et extremus, & odoratur: est autem quodam modo non. Videtur autem quibusdam esse obiectio & de his. Impossibile enim dicunt quidam alium idem audire, & videre, & odorari quod alius. Non, n. possibile esse multos & seorsum existentes, audire & odorari. Nam quod vnum est, ipsum à se ipso seiunctum esset, vel mouens primum: puta cothoniū, vel thus, vel ignem, eundē vñ numero sentiunt oēs. Id autē quod iam proprium, alteri numero, specie autem idem est. Quare simul multi vident & odorant, & audiunt. Sunt autem neq; corpora hæc, sed passio & motus quidam. Non, n. utiq; hoc accideret, nec sine corpore. De lumine autem alia est ratio. Per esse enim aliquod lumen est, sed non motus aliquis.*

Hic ponit veram solutionem, ostendens differentiam visus ad alios duos sensus, qui sunt per media exteriora, auditum, & olfactum. Et diuiditur in partes duas, primo nāq; assignat differentiam visus ad auditum, & odoratū secundo excludit obiectionem. ibi {Rationabiliter aut.} Prima pars diuiditur in duas s. m. duas differentias, quas ponit, secunda incipit. ibi {Omniino autē, nec similiter.} Dicit ergo primo, qñ rationabile est hoc accidere circa sonum & odorē, qñ successiue perueniant. Cuius rationē assignat ex hoc, qñ aer & aqua (quæ sunt media, quibus huiusmodi sensibilia deferuntur ad sensus) sunt quidem s. m. suam substantiam continua, sed tñ in eis possunt fieri motus abinuicem diuisi. quod cōtingit propter facilē diuisionem aeris & aque, sicut patet in motu projectionis, ut philosophus ostendit 7. Phy. in quo sunt multi motus, multa mouentia, & mota. Nam vna pars aeris mouetur ab alia: & sic sunt diuersi motus sibi inuicē succedentes: quia pars aeris mota adhuc remanet mouens, postquam cessat moueri: & sic non omnes motus partium aeris sunt simul, sed sibi inuicem succedunt, vt ostenditur in 8. Phy. Et hoc etiam apparet in sono, qui causatur ex quadam aeris percussione, non tñ ita qñ totus aer, qui est medius, vno motu moueatur à percussente: sed sunt motus multi sibi succedentes ex eo, qñ vna pars primo mota, mouet aliam. Et inde est qñ quodāmodo idem est quod audit primus, qui est propinquus percussioni causanti sonum: & extremus qui est remotus: quodā autem modo non idem. Apud quosdam, n. videtur de hoc esse dubitatio: quia quidam dicunt, qñ cum diuersi per diuersa organa sentiant, impossibile est qñ idem sentiant, quod quidem verum est, si referatur ad id, qd proxime mouet sensum. quia diuersorū sensus immutantur immediate à diuersis partibus medijs sibi propinquis: & ita intercipitur hoc, & distinguitur illud, quod vnus sentit, ab eo quod sentit alius. Si vero accipitur id, quod primo mouet medium, sic erit vnū & idem quod omnes sentiunt, sicut vnus percussio sonum audiunt omnes, siue propinqui siue remoti: & similiter vnū corpus odoriferum puta cothonium, vel thus in igne ardens, odorant omnes. sed id, quod iam proprie peruenit ad vnumquemq; est alterum numero: sed est idem specie, quia ab eadem forma primi actiui, omnes huiusmodi immutationes causantur. Vnde simul multi vident & odorant, & audiunt idem sensibile, per diuersas immutationes ad eos perueniētes. Huiusmodi autem, quæ perueniunt ad singulorum sensus, non sunt corpora defluenta à corpore sensibili, vt quidam posuerunt, sed singulorum eorum est motus & passio medijs immutati per actionem sensibilibus. Si enim essent diuersa corpora: quæ ad diuersos per defluxum peruenirent, non accideret hoc, quod, si idē omnes sentirent, sed vnum sentiret, scilicet solum corpus ad ipsum perueniens. Et quamuis non sint corpora, non tamen sunt sine corpore, vel medio, quasi passo & moto à sensibili, quasi primo mouente & agente. Sic ergo per prædicta patet, qñ sonus peruenit ad auditum per multos motus partium medijs sibi inuicem succedentes. & simile est de odore, nisi qñ mutatio odoris sit per alterationem medijs immutatio autem soni per motum localem. sed de lumine est alia ratio. Non enim per motus sibi succedentes in diuersis partibus medijs peruenit lumen vsque ad visum, sed per vnum aliquod esse, i. per hoc qñ totum mediū sicut vnum mobile, mouetur vno motu à corpore illuminante. Sed non est ibi motus, qui succedat motui, sicut dictum est de odore & sono. Huiusmodi autem differentiarum ratio est, quia quod recipitur in aliquo sicut proprio

Trix.  
Trix.

Immutatio odoris fit per alterationem medijs. Sicut immutatio fit per motum localem. Distinguitur de alijs sensibilibus quæ sunt motu.

proprio subiecto & naturali, potest in eo permanere & esse principium actionis. Quod autem recipitur in aliquo solum sicut aduentitia qualitas, non potest permanere, nec esse principium actionis. quia vero formæ substantiales sunt principia qualitatum & omnium accidentium, illa qualitas recipitur in subiecto aliquo s. m. esse proprium & naturale, quæ disponit subiectum ad formam naturalem, cuius est susceptiuum: sicut aqua ratione suæ materiæ, est susceptiua formæ substantialis ignis, quæ est principium caloris. Et ideo calor recipitur in aqua, disponens ipsam ad formam ignis. & ideo remoto igne adhuc aqua remanet calida calefacere potens, & similiter odor recipitur in aere & aqua, & sonus in aere secundum suum esse propriū & naturale: & secundum qñ aer & aqua immutantur ab enchyma siccitate, & aer à percussione alicuius corporis. Et inde est qñ cessante percussione, remanet sonus in aere: & remoto corpore odoriferum adhuc sentitur odor in aere, propter hoc qñ pars aeris immutata ad sonum, vel ad odorem potest aliam similiter immutare, vt sic fiant diuersi motus sibi inuicem succedentes. sed diaphanum non est susceptiuum formæ substantialis corporis illuminantis, puta Solis, qui est prima radix luminis, neq; per receptionē luminis disponitur ad aliquam formam substantialem. Vnde recipitur lumen in diaphano sicut quædam qualitas aduentitia, quæ non remanet absente corpore illuminante, nec potest esse principium actionis in aliud. Vnde vna pars aeris non illuminatur ab alia, sed totus aer illuminatur à primo illuminante quantum potest se extendere virtus illuminantis. & ideo est vnum illuminatum & vna illuminatio totius medijs. Deinde cum dicit

**N. LEON.**

*Non similiter autem omnino se habet res in alteratione, & translatione: translationis enim rationabiliter in medium prius deueniunt. sonus autem translato cuiusdam apparet esse motus. Quæcumque vero alterantur non simili fuerit modo, contingit nanque simul totum alterari, & non prius dimidium, vt in aqua quæ simul gelatur: Verumtamen si fuerit multum id quod calefit, aut gelatur, proximum à coniuncto patitur, cum primum ad ipso mutetur alterante: & non simul & subito alterari necesse est. Caterum, si in humido essemus, gustandi ratio sicut odoris esset, & remotius etiam ante illius contactum sentiremus.*

*Omniino autem nec similiter in alteratione se habet & latione, lationes nanque rationabiliter in medium prius perueniunt. Videtur autem sonus lati esse cuiusdam motus, quæcumque vero alterantur non iam similiter. Contingit enim simul totum alterari, & non dimidium prius: velut aquam simul omnem congelascere. Attamen si fuerit multum, quod calefit aut congelatur, habitum ab habito patitur. Primum autem ab ipso alterante transmutari necesse est, & simul alterari, & subito. Esset autem vtrique & gustare, quemadmodum odor, si in humido essemus, & remotius adhuc priusquam tangeremus, ipsum sentiremus.*

Ostendit secundam differentiam. Et dicit, qñ si vniver saliter loquamur de alteratione, i. loci mutatione, non similiter se habent in vtroque. quia loci mutationes rationabiliter perueniunt prius ad medium magnitudinis, supra quam est motus, qñ ad vltimum: quia, s. in loci mutatione est motus de extremo magnitudinis, ad extremum eius. vnde oportet qñ mobile in medio temporis pertingat ad medium magnitudinis: & tunc ratio superinducta locū habet in loci mutatione. Sonus autem consequitur quendam motum localem, in quantum, sc. ex percussione causante sonum commouetur aer vsque ad auditū: & ideo rationabile est, qñ sonus prius perueniat ad medium, qñ ad audi-

tum. Sed in his, quæ alterantur non similiter se habent. Termini. n. alterationis non sunt ipsa extrema magnitudinis. Et ideo non oportet, qñ tempus alterationis per se loquendo, commensuretur alicui magnitudini, ita qñ in medio temporis, motus perueniat ad medium magnitudinis super qñ sit motus: quia hoc non est dare in alteratione, quæ non est motus in quantitate vel in vbi, sed in qualitate: neque ad medium magnitudinis, quæ mouetur, contingit, n. aliquando qñ totum corpus simul alteratur: non autem dimidium eius prius, sicut videmus qñ tota aqua simul congelatur. Sicut enim in motu locali tempus commensuratur distantie magnitudinis, super quam transit motus, & secundum diuisionē eius diuiditur, vt probatur, in 6. Phy. ita etiam in alteratione, tempus commensuratur distantie terminorum: Et ideo maius tempus requiritur cæteris partibus ad hoc qñ de frigido fiat calidum quā ad hoc qñ de tepido fiat calidum. Et ideo, si aliqua extrema sunt inter quæ non sit accipere medium, oportet qñ de vno extremo in aliud fiat transitus absque medio. Contradictio autem est oppositio, cuius non est medium secundum se, vt dicitur in primo Posteriorum: & eadē ratione de priuatione supposita aptitudine subiecti, cum priuatio nihil aliud sit qñ negatio in subiecto. Vnde omnes mutationes, quarum termini sunt esse, & non esse: vel priuatio & forma sunt instantaneæ, & non possunt esse successiue. In alterationibus, n. successiuis attenditur successio secundum distantiam vnus contrarij ab alio per determinata media: in qua quidem distantia tota magnitudo corporis, in quam potest immediate virtus primi alterantis, consideratur sicut vnum subiectum, quod statim simul incipit moueri. Sed, si sit corpus alterabile tam magnum, qñ virtus primi alterantis non possit ipsum attingere s. m. totum, sed secundū partem eius, sequitur qñ prima pars primo alterata, alterabit consequenter aliam. Et ideo dicit qñ, si fuerit multum corpus, quod calefit, vel quod congelatur necesse est qñ habitum patiatur ab habito, i. qñ consequens pars ab immediate præcedente alteretur. Sed prima pars alteratur ab ipso primo alterante, & simul, & subito: quia, non est ibi successio ex parte magnitudinis, sed solum ex parte contrariarum qualitatum, vt dictum est. Hæc autem est causa, quare odor prius peruenit ad mediū quam ad sensum, quamuis hoc fiat per alterationem sine motu locali, quia corpus odoriferum non potest simul immutare totum medium, sed immutat partem vnā, quæ immutat aliam, & sic successiue peruenit immutatio vsq; ad olfactum per plures motus, vt supra dictum est. Et effectus simile in gustum, sicut in odoratu, si nos viueremus in humido aqueo, quod solum susceptiuum est saporis sicut in aere, qui est susceptiuus odoris: & si iterum posset sentiri sapor per alterationem medijs à remotis, antequam tangeremus corpus saporosum, sicut contingit circa odoratum. Videtur autem quod hic dicitur esse contrarium ei, per quod philosophus probat in 6. Phy. omne quod mouetur esse diuisibile, quia pars eius est in termino à quo, & pars in termino ad quem. Sic igitur videtur qñ dum aliquid alteratur de albo in nigrum, quando vna pars eius est alba, altera sit nigra, & sic non potest esse qñ totum simul alteretur sed pars post partem. Dicitur autē quidam, qñ intentio philosophi ibi est ostendere non quidem qñ vna pars mobilis sit in termino à quo, & alia in termino ad quem, sed qñ mobile sit in vna parte termini à quo, & in alia parte termini ad quem, & sic in alteratione non oportet qñ vna pars mobilis prius alteretur qñ alia, sed qñ totum mobile, quod alteratur, puta de albo in nigrū Parua naturalia S. T. C 4 habeat

Nota hęc de Arinam de suis cejsuis et suibicis mutationibus.

Obiectio.

De estposito sal.

R. o. p. s. i. o. m.

Br...

N. LEON.

Triplex cau...

N. LEON.

Dubitatio.

N. LEON.

habeat partem albedinis & partem nigredinis, Hoc autem non conuenit intentioni Arist. quia per hoc non probatur...

Rationi autem consentaneum est, ut quorum sensorijs inueniatur medium eandem simul pati.

Rationabiliter autem inter quae, & sensorum est medium aliquod, non simul omne patitur nisi in lumine...

Concluditur ex praemissis principale intentum. Et dicitur quod rationabiliter in sensibus, in quibus est aliquod medium inter sensibile & organum sentiendi...

LECTIO XVII

Examinatur difficultas, an contingat duos sensus simul sentire in eodem & indiuisibili tempore...

Est praeterea de ipsis sensibus & alia quaedam huiusmodi difficultas, an contingat duo simul sentire in eodem indiuisibile tempore...

Se autem & alia quaedam obiectio talis circa sensus. Vtrum contingat duos simul sentire in eodem & indiuisibili tempore, vel non?

Solutis duabus quaestionibus, hic philosophus persequitur tertiam, quae est ex parte ipsius sensus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quaestionem...

Si igitur maior motus minorem extrudit & propterea ob oculos delata non sentiunt homines...

quam in Diapason, quoniam sibi inuicem officiant. id autem illa efficiunt, ex quibus unum quippiam fit. Si igitur maior minorem extrudit motionem...

Si autem semper maior motus minorem depellat, propter quod delata sub oculis non sentiunt, si fuerint vehementer in aliquid intendentes...

Obijcit ad partem falsam, id ostendendum quod duo sensus non possunt simul sentire. Et primo ponit rationes ad hoc ostendendum...

Obijcit tribus rationibus ad partem falsam.

Maior motus repellit minorem.

Primum quod magis sentitur si sit simplex, quam si sit mixtum.

dicum de vna voce, quae magis sentitur si sola sit, quam si audiatur in consonantia ad aliam vocem, puta in diapason, vel in quacunque alia consonantia...

Prima ratio.

Maior motus obscurat minorem.

N. LEON.

Praeterea magis sentire simul poterit duo vnico sensu anima quorum vnus est sensus, ut acutum, & graue. Magis enim simul motus est vnus ad se ipsum, quam duorum, ut visus, & auditus...

quod ea, quae sub duobus sunt sensibus simul sentire minus continget, ut album, & dulce. Nullo autem alio id, quod vnus numero est, asserere videtur anima...

Adhuc magis simul duo sentiet vtrique anima vnus sensus, quorum vnus est sensus, velut acutum et graue. Magis enim simul motus vnus, ipse ipsius, quam duorum, puta visus, & auditus...

Secunda ratio.

Sensus non potest esse si-mul in actu, nisi vnus.

vnam operationem sensitivam, Ex hoc autem sensus in actu, id est operatio sensitiva habet unitatem secundum numerum, quia est vnus sensibilis specie autem est vnus sensus secundum actum, sicut vnus operatio sensitiva, ex eo quod est in potentiam vnā, sicut omnes visiones quorumcumque visibilibus sunt eiusdem speciei propter unitatem potentie. Necesse est ergo, si est vnus sensus secundum actum, quod vnus dicatur, iudicet: ergo oportet quod, si sunt multa, commisceantur in vnū, & si non fuerint mixta, necesse est quod sint duo sensus secundum actum, id est operationes sensitivae: sed necesse est quod vnus potentie in eodem indivisibili tempore sit vna operatio, quia vnus rei non potest esse simul nisi vnus actus & vnus motus. Unde, cum operatio sensitiva nihil aliud sit quam vnus quidam, quo anima videtur potentia sensitiva, erit motus quidam ipsius potentie, in quantum sensus movetur a sensibili, cum ergo vnus sensus sit vna potentia, non contingit quod sic multa sentiant vno sensu. Si ergo ea, quae sunt vnus sensus non possunt simul sentiri, si sunt duo manifestum esse videtur ad hoc quod minus contingit simul sentire quae sunt secundum duos sensus, sicut album & dulce. Hanc autem illationem consequenter manifestat dicens, quod anima nullo modo alio videtur diiudicare aliquid esse vnus numero, nisi in quantum simul ab ea percipitur: ipsa enim operatio sensitiva est vna numero in quantum est simul, ut dictum est. Sed anima dicit aliquid esse vnus specie, non ex eo quod simul sentit, sed quia est idem sensus, qui iudicat vtrumque, & quia est idem modus, quo vterque sentit, ad exponendum hoc, quod dixerat subdit, quod idem proprium, id est sensus proprius iudicat de duobus diversis, scilicet de albo, & de nigro: & similiter dulce & amarum diiudicat quidam sensus, qui est idem numero: quia eodem sensu, scilicet gustu vtrumque cognoscitur. Sed iste sensus, qui idem existens cognoscit dulce & amarum: alius est ab illo qui cognoscit album & nigrum: sed tamen vnus & idem sensus aliter cognoscit vtrumque contrariorum. vnum enim cognoscit sicut habitum & aliquid perfectum, & aliud sicut privationem & aliquid imperfectum. omnia enim contraria hoc modo se habent, tamen idem est modus quo vterque sensus cognoscit cognata, id est principia proportionabiliter sibi respondentia. Eo enim modo, quo gustus sentit dulce, visus album: & sicut visus nigrum, ita & gustus amarum. Patet ergo quod anima iudicat aliqua esse diversa specie vel diverso sensu, sicut album & dulce: ve eodem sensu, sed diverso modo, sicut album & nigrum. vnum autem numero ex hoc quod simul sentit. Si ergo impossibile est illud, quod est vnus specie esse vnus numero, videtur impossibile esse quod anima simul sentiat, vel ea, quae cognoscuntur diversis sensibus: vel ea, quae cognoscuntur vno sensu, sed alio modo: quae minus diversa esse videntur.

LECTIO XVIII.

Altera ad idem apparens redditur ratio, in qua de temporis sensibilitate agitur, & quod sensibile omne divisibile sit, ostenditur.

N. LEON. Præterea, si contrariorum contraria sunt motiones, contraria autem in eodem & indivisibili esse non possunt: sub vno autem sensu contraria sunt, ut dulce & amarum: profecto hoc non simul sentire continget, similiter autem est manifestum quod neque ea, quae contraria non sunt. Hanc enim ad album, illa vero ad nigrum pertinent. Et similiter se habet in alijs, ut in saporibus: ij quidem cum dulci, illi vero cum amaro, faciunt. Nam etiam ea, quae commisceantur.

simul, in rationibus enim sunt oppositorum: ut Diapason & Diapente, nisi forte ut vnus sentiantur. hoc enim modo vnus sit extremorum ratio: aliter autem minime. Erit enim simul hic quidem multi ad paucum, aut imparis ad par, ille vero pauci ad multum, aut paris ad impar. Si igitur plus distant, & a se invicem differunt ea, quae proportionali quidem ordine inter se respondent, in alio autem sunt genere, quae ea quae in eodem sunt genere: verbi causa, dulce & album proportionalis ordinis appello, genere vero diversa: dulce autem a nigro plus etiam specie differt quam album, profecto minus etiam continget simul isthac sentire, quam ea quae genere sunt eadem. quamobrem si non haec, neque illa.

Amplius si contrariorum, motus contrarij: simul autem contraria in eodem & atomo, non contingit esse: sub sensu autem vno contraria sunt, velut dulce & amarum. Hanc non contingit sentire simul. Similiter autem palam est, quod neque quae non sunt contraria, haec quidem enim albi sunt, haec vero nigri: & in alijs similiter, velut sapor, hi quidem dulces, hi vero amari: nec quae commixta simul. (proportiones enim sunt oppositorum, velut diapason & dyapente) nisi sicut vnus sentiantur. sic autem vna proportio extremitatum sit, aliter autem non. Erit enim simul, haec quidem multi ad paucum, vel imparis ad par: haec autem pauci ad multum, vel paris ad impar. Si ergo plus adhuc distant ab invicem & differunt, coelementariter quidem dicta, in alio autem genere, quam quae in eodem genere. (Dico autem puta dulce & album voco coelementaria, genere autem alio, dulce vero a nigro multo amplius specie differt quam album) adhuc vterque minus continget ipsa simul sentire, quam quae eadem genere sunt. Quare si non haec, nec illa.

Postis duabus rationibus ad ostendendum quod non contingit sensus duos simul sentire, hic ad idem ponit tertiam rationem, quae sumitur ex contrarietate sensibilibus. Et dicit, quod immutationes, quae sunt a contrariis sunt contraria, sicut calefactio & in frigidatio. Contraria autem non possunt simul esse in eodem atomo, id est indivisibili. in eodem enim indivisibili possunt simul esse contraria secundum diversas partes. Manifestum autem est quod ea, quae cadunt sub vno sensu, sunt contraria, sicut dulce & amarum: ergo non possunt simul sentiri. Et similis ratio est in his, quae non sunt contraria, sed in medijs, quorum quaedam magis appropinquat ad vnum extremum, quaedam magis ad aliud, sicut supra dictum est de coloribus, & saporibus, quia colorum mediorum quidam pertinent ad album, & quidam ad nigrum. & similiter saporum mediorum, quidam pertinent ad dulce, quidam ad amarum: & eadem ratio est de commixtis omnibus, quia diversae commixtiones habent quandam contrarietatem: quia diversae commixtiones fiunt secundum diversas proportionales, quae habent quandam oppositionem ad invicem, ut patet in consonantibus, quarum vna dicitur diapason, quae consistit in dupla proportione, quae est duorum ad vnum: alia autem dicitur dyapente, quae consistit in proportione sexquialtera, quae est trium ad duo: ista autem in quantum sunt commixta diversis proportionibus, non possunt simul sentiri propter oppositionem proportionum nisi forte duo sentiantur ut vnum: quia sic fiet vna proportio ex diversis extremitatibus. Ostendit autem consequenter diversas proportiones esse oppositas secundum duplicem oppositionem, quae in numeris invenitur: quarum vna est secundum multum & paucum: & secundum hoc opponuntur proportio dupli, & proportio dimidij. nam proportio dupli est multum ad paucum, proportio vero dimidij est pauci ad multum.

Tertia 100

Contraria ad possunt esse in eodem indivisibili simul.

Duplex positio ad hanc materia.

alia vero est oppositio secundum par & impar, & secundum hoc opponuntur proportio dupla & sexquialtera. nam proportio dupla est duorum ad vnum, quasi paris ad impar: vnum enim est forma imparis numeri. Sexquialtera autem proportio est trium ad duo, quod est imparis ad par. Sic ergo patet quod non possunt simul sentiri quae cadunt sub eodem sensu. Plus autem distant ad invicem quae coelementariter sibi correspondent in diverso genere existentia. puta dulce & album, quae ea, quae sunt vnus generis: quia ea, quae sunt vnus generis, non distinguuntur specie nisi propter modum sentiendi, sicut album & nigrum. Ea vero quae sunt diversorum generum possunt differre specie non solum est parte sensus, sed etiam ex parte modi: sicut dulce a nigro plus differt quam album: unde minus possunt simul sentiri, quod est quasi esse vnus numero, ut supra habitum est. Si igitur ea, quae sunt vnus generis, propter contrarietatem non possunt simul sentiri, multo minus ea quae sunt diversorum generum, possunt simul sentiri. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Quod autem dicunt nonnulli, qui musicis concentibus vacant, sonos sanè non simul pervenire, videri autem laterè: nos si quando insensibile fuerit tempus, rectè ne dicitur, vel non? Fortasse enim nunc ex hoc dicere quispiam possit, existimari simul videre & audire quippiam, quoniam inter media latent tempora.

Quod autem dicunt quidam eorum, qui circa symphonias, quod non simul quidem pertingunt soni: videntur autem et latent cum tempus insensibile fuerit, vtrum rectè dicitur, an non? Forte, n. vtrique dicit aliquis, et nunc ex hoc putabit simul videre & audire, quia intermedia tempora latet his.

Excludit quaedam falsam solutionem huius questionis. Et primo narrat eam secundo improbat. ibi: hanc non est verum. Dicit ergo primo, quod quidam de symphonias, id est de consonantibus musicis tractantes, dixerunt quod soni consonantes non simul perveniunt ad auditum, sed videtur simul pervenire, eo quod tempus medium est insensibile propter parvitatem. De quo potest esse dubium vtrum rectè dicatur, vel non. si hoc rectè dicatur, poterit aliquis similiter in proposito dicere consentiens praemissis rationibus, quod non est possibile simul videre & audire: sed tamen sentibiliter videtur ita contingere, quia latent nos tempora media visionis & auditionis. Deinde cum dicit.

N. LEON.

An hoc minus verum est, nullumque insensibile contingit esse tempus, neque etiam nos latere: sed quodcumque sentire contingit.

Aut hoc non verum: neque contingit vllum tempus esse insensibile, neque latere: sed omne tempus sentire posse.

Tu probat praedictam solutionem. Et circa hoc tria facit. Primo interimit id, quod praedicta solutio supponit, se cundo probat quod dixerat, ibi: Omnia quidem igitur. Dicit ergo primo, quod non est verum quod praedicta solutio supponit, scilicet sit aliquod tempus insensibile, vel latens sensum. nullum enim tempus est tale: sed omnia tempora contingit sentire. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Etenim, si ciam aliquis aut se, aut alterum sentit in continuo tempore, non contingit eum latere quod est. est autem quiddam in continuo tantum quantum omnino est in sensile, manifestum quod tunc latere poterit se ipsum si est, & si videt, & non sentit, etiam si sentit.

Si enim quando aliquis se ipsum sentit, vel alium in continuo tempore: non contingit tunc latere quod sit. Est autem aliquis in continuo, & tantum quantum est omnino insensibile est manifestum quod tunc latere ipse se ipsum, an sit, & an videat, ac sentiat.

Probat quod dixerat duabus rationibus. Circa quam primam considerandum est, quod tempus non sentitur quasi aliqua res permanens proposita sensui, sicut videtur color, magnitudo: sed propter hoc sentitur tempus, quia sentitur aliquid, quod est in tempore: & ideo sequitur, quod si aliquid quod tempus non sit sensibile, quod id, quod est in tempore illo non sit sensibile. Dicit ergo quod, si aliquando aliquis sentit se ipsum esse in aliquo continuo tempore, non contingit latere illud tempus esse. manifestum est autem quod homo, vel aliquid aliud est in quodam continuo tempore: & quantumcumque dicas parvum tempus esse insensibile, manifestum est quod latebit hominem, si ipse sit in illo tempore, & latebit etiam si in illo tempore videt vel sentit: quod est inconueniens omnino, ergo impossibile est aliquod tempus esse insensibile. Secundam rationem ponit ibi.

N. LEON.

Præterea neque tempus, neque res sanè erit vlla, quae sentiat: aut in quo non ita, quod in huius aliquo, vel huius aliquid videt, si quidem aliqua est magnitudo & temporis & rei, ob parvitatem omnino non sensilis. Si enim tota videt, totumque sentit continuo tempore, ita quod in huius quopiam vel illius quippiam videt. si quidem aliqua est magnitudo, auferatur e v, in quo sentiebat: in huius igitur quopiam, aut istius quippiam, veluti terram videt totam, quoniam hoc ipsius: & in anne ambulat, quoniam in hac illius parte. at vero in v c, nihil sentit: in eo igitur quod in huius quopiam a v sentit, totum sentire, & totam dicitur. Eadem etiam ratio in a c. semper enim in quopiam, vel quippiam: totum autem non contingit sentire.

A B C

Amplius nec vtrique erit tempus, nec vlla res quae sentit in quo non sit: quia in huius aliquo: vel quia istius aliquid videt si quidem est aliqua magnitudo & temporis & rei, insensibilis omnino propter parvitatem. Si enim totam videt & sentit eodem continuo tempore: non eo quod in huius aliquo auferatur a c v, in qua non sentiebat. Non ergo in huius aliquo, vel istius aliquid, velut terram videt totam: quoniam hoc ipsius: & in anne ambulat quoniam in hac parte ipsius. At vero in c v, nihil sentit: eo ergo quod in huius aliquo, scilicet a b, sentit, dicitur totum sentire a b, & totam. Eadem autem ratio & in a c. Semper enim in aliquo & in aliquid: totum autem non est sentire a c b.

A B C

Circa quam primo considerandum est quod, sicut dicit philosophus in 5. Phy. tripliciter dicitur aliquid moueri, aut moueri. Vno modo per accidens, ut si dicamus Mulicum ambulare. Alio modo secundum partem, ut si dicamus hominem sanari, quia oculus sanatur. Tertio modo primo & per se, quod aliquid mouetur vel mouet, non quia vna pars eius tantum mouetur aut mouet, sed quia totum mouetur secundum quamlibet suam partem. Et similiter potest dici tripliciter aliquid sentiri. Vno modo per accidens: sicut dulce videtur. Alio modo secundum partem: ut si dicamus hominem videri, quia solum caput eius videtur. Tertio modo primo & per se, si quia aliqua pars eius videatur. Dicit ergo quod, si est aliqua magnitudo, vel temporis, vel etiam rei corporalis in sensibilibus propter parvitatem, sequetur quod nec tempus, nec vlla res sit quae sentit, vel quae sensus sentit, in quo tempore, si non sit, id est non sentiat (quia in huius aliquo). Quasi dicat. Nullum tempus erit possibile quod non dicatur sentiri propter aliquam partem eius. Et quantum ad rem corpoream subdit (vel quia istius aliquid videt.) Quasi dicat. Nulla magnitudo corpora erit, quae non sentiat.

Tem. cō. 5. Tripliciter aliquid mouetur.



Unum est sensitiuum dulce & albi: quando vero diuisibile & alium fuerit secundum actum, alterum.

ostendit quomodo eadem pars anime indiuisibilis possit simul sentire diuersa. Et assignat duos modos. Quorum primum breuiter, & obscure ponit, quia in libro de Anima apertius positus est. Ad huius ergo euidentiam considerandum, quod cum operationes sensuum propriorum referantur ad sensum commune, sicut ad primum, & commune principium, hoc modo se habet sensus communis ad sensus proprios & operationes eorum, sicut unum punctum ad diuersas lineas, quae in ipsum concurrunt. punctum autem, quod est terminus diuersorum linearum, sicut in se consideratur, est unum & indiuisibile. Et isto modo sensus communis sicut in se est unum, est indiuisibilis, & est unum sensitiuum actu dulcis & albidus: per gustum, & albi per visum. si vero consideretur punctum seorsum ut est terminus huius lineae, sic est quodam modo diuisibile: quia utitur vna puncto ut duobus. Et similiter sensus communis, quando accipitur ut diuisibile quoddam, puta cum seorsum iudicat de albo, & iudicat seorsum de dulci, est alterum sicut in actu: sicut vero est unum, iudicat differentias sensibilibus, & per hoc soluitur ratio supradicta: quia quodam modo est unum, & quodam modo non est unum illud, quod sentit diuersa sensibilia. Secundum modum ponit ibi.

intelligi, quod non omnino se habet in sensu & intellectu, sicut in corporibus naturalibus. Corpus enim naturale recipit formas in esse naturale & materiale, sicut quod habent in se contrarietatem: & ideo non potest idem corpus simul recipere albedinem & nigredinem: sed sensus & intellectus recipiunt formas reru spiritualiter & immaterialiter sicut in esse quoddam intentionale prout non habent contrarietatem. Vnde sensus & intellectus simul potest recipere specie sensibilem contrariorum: cuius simile potest videri in dyaphano, quod in vna & eadem sui parte immutatur ab albo & nigro: quia immutatio non est materialis sicut in esse naturale, ut supra dictum est. Est etiam aliud considerandum, quod sensus & intellectus, non solum recipiunt formas rerum, sed etiam habent iudicare de ipsis: iudicium autem, quod faciunt de contrariis, non est contrarium, sed unum & idem: quia per unum contrariorum sumitur iudicium de altero. Et quantum ad hoc verum est quod supra dictum est, quod magis simul possunt sentiri sensibilia vnius generis, de quorum vno indicatur per alterum, quam sensibilia diuersorum sensuum. Est autem & aliud circa hoc dubium: quia per praemissa verba philosophi, videtur confirmari opinio Stoicorum: qui posuerunt, quod non diuersis potentijs sentitur color & odor, & alia sensibilia: sed nec sunt diuersae potentiae sensuum, sed ipsa anima sicut seorsum cognoscit omnia sensibilia non differens nisi ratione. Sed dicendum est quod fecunda solutio supponit primam. Vnde intelligendum est, quod anima, sicut sensus communis, vnus numero existens: sola autem ratione differens, cognoscit diuersa genera sensibilibus, quae tamen referuntur ad ipsum secundum diuersas potentias sensuum propriorum. Deinde cum dicit.

Quod autem omne sensibile magnitudinem habet, & indiuiduum non est sensibile, manifestum sane est. vnde enim videri non potest infinita est distantia: vnde autem videtur, finita, similiter modo olfactibile & audibile, & quacunque sentiunt, non tangentes homines. Est igitur quiddam distantiae extremum, vnde non cernatur, & primum vnde cernatur, & hoc sane indiuiduum esse necesse est, cuius in eo quidem quod ultra est, sentire quippiam non contingit: in eo autem quod est, citra sentire est necesse. Si igitur indiuiduum quippiam est sensibile, quando in extremo constituetur vnde postremum quidem non sentiatur. primum autem sentiatur, simul visibile & non visibile esse continget. hoc autem fieri non potest.

Quod autem sensibile omne magnitudo est, & non est indiuisibile sensibile, manifestum est. Est enim vnde quidem non videbitur, infinita distantia, vnde autem videtur, finita. Similiter autem & audibile, & odorabile, & quacunque non ipsa tangentes sentiunt. Et itaque aliquod vltimum distantiae vnde non videtur: & primum vnde videtur. hoc itaque necesse est indiuisibile esse: quod in vltiori quidem non contingit sentire existens: in ceteriori autem necesse sentire. Si itaque, aliquid erit indiuisibile sensibile, cum ponatur in vltimo vnde est: vltimo quidem non sensibile. primo autem sensibile, simul accidet visibile esse et inuisibile: hoc autem impossibile.

Probat quod supposuerat, quod nihil sentitur nisi quantum. Et dicit manifestum esse quod omne sensibile est magnitudo, & quod nullum indiuisibile est sensibile. Et ad hoc probandum inducit quod est quaedam distantia, ex qua non potest aliquid videri, & hanc distantiam dicit esse infinitam: quia, si in infinitum illa distantia protendatur, nihil inde videtur. Est autem aliqua distantia vnde aliquid videtur. & haec est finita, quia a finita distantia incipit aliquid videri & simile est de alijs sensibus, quae sentiuntur ab aliqua distantia per medium extrinsecum non tangentes ipsa sensibilia,

Distantia ex qua aliquid videtur, est ex utraque parte finita.

Obiectio.

Responsio.

Solutio.

N. LEON.

N. LEON.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE MEMORIA ET REMINISCENTIA.

Cum Diui Thomae Aquinatis praclarissima expositione.

SVMMA LIBRI.

De Memoria, & Reminiscentia Memorari & Reminisci natura ac diuersitate. Quae item memorari vel reminisci dicantur. Quomodo aliqui alijs magis memoria valeant ostenditur.

LECTIO PRIMA.

Quae nam dicenda sint. Ex iis demum, quorum memoria esse dicitur, memoriae deducitur definitio.



MEMORIA autem est memorari dicendum quod est: & quam ob causam fiat: & cui animae parti haec accidat passio: & de ipso reminisci non enim ydem memores sunt, & ad reminiscentiam apti, sed magna ex parte memores magis sunt ingenio tardi, reminiscentia vero valent quae, qui mente celeses & doctiles existunt.

N. LEON.



MEMORIA autem est memorari dicendum quod est: & propter quam causam fiat: & cui animae partium haec accidat passio: & de reminisci. Non enim ydem sunt memoratiui & reminiscentiui: sed ut frequenter memorabiliores & quidem quae tardi, reminiscentiores autem qui veloces & facile discentes.

Tractatum seu partem libri praecedentis, postquam librum specialem, praesens opus beati Thomae in proximo conuersionis operis celsitat.


Natura praecessus.

Prudencia de finitio, ac partes eius quibus animalibus insit.

In prologo.

Explicit scriptum sancti Thomae de Aquino super libro Aristotelis de Sensu & Sensato.

Sicut philosophus dicit in 7. de Historiis animalium, Natura ex inanimatis ad animata procedit paulatim: ita quod genus inanimatorum prius inuenitur quam genus plantarum, quod quidem ad alia corpora comparatum videtur esse animatum, ad genus autem animalium inanimatum. Et similiter a plantis ad animalia quodam continuo ordine progreditur, quia quaedam animalia immobilia, quae, sicut terrae adherent, parum videntur a plantis differre: ita etiam & in progressu ab animalibus ad hominem, quaedam inueniuntur, in quibus aliqua similitudo rationis appareat. cum enim prudentia sit propria virtus hominis, est enim prudentia recta ratio agibilibus, ut dicitur in 7. Ethicorum, inueniuntur quaedam animalia quaedam prudentiam participare non ex eo quod habeant rationem, sed ex eo quod in istinctu naturae mouentur per apprehensionem sensitiuae partis ad quaedam opera facienda, ac si operarentur ex ratione. Pertinet autem ad prudentiam, ut prudens dirigatur per eam in his, quae imminent sibi agenda ex consideratione non solum praesentium, sed et praeteritorum. Vnde Tullius in sua Retorica partes prudentiae ponit non solum prouidentiam, per quam futura disponuntur, sed etiam intelligentiam, per quam considerantur praesentia: & memoriam, per quam apprehenduntur praeterita. Vnde etiam in alijs animalibus, in quibus inuenitur prudentiae similitudo participata, necesse est esse non solum sensum praesentium, sed etiam memoriam praeteritorum. Et ideo Philosophus in principio Meta. dicit quod quibusdam animalibus ex sensu memoria sit: & propter hoc prudentia sunt. Sed sicut prudentiam imperfectam habent respectu hominis, ita etiam & memoriam. Nam alia animalia memorantur tantum: homines autem & memorantur & reminiscuntur.




De sensu eius quomodo apud, qui plures sint.

N. LEON.

Comparatio.

Obiectio.

Solutio. Dissimilitudo in sensu & intellectu ad corpora naturalia.



48
Ratiorum: & ideo gradatim Arist. post librum, in quo determinatur de sensu, qui cōis est omnibus animalibus, determinat de Memoria & Reminiscentia, quorum alterum invenitur in solis hominibus, alterū vero in his & in animalibus perfectis. Dividitur aut Liber iste in partes duas. Primo enim ponit procerum, in quo manifestat suum propositum, secundo accedit ad tractandum ea, de quibus intendit. Ibi primum quidem igitur. Circa primum dicit de duobus esse dicendum. Primo quidem de memoria & memorari, quod est actus eius, circa quod tria se promittit diciturum. Primum quid sit memoria & quid memorari & quae sit causa eius, & ad quam partem animae pertineat passio memorandi. Omnes n. operationes sensitiuae partis passiones quaedam sunt, s. m. sentire pati quoddam est. Secundo promittit se diciturum de reminisce. Et ne videtur idem esse reminisce & memorari, subiūgit quoddam signum differentiae ipsorum ex parte hominum, in quibus invenitur utrunq; Non n. iidem homines inveniuntur ita bene memoratiui & bene reminisce: sed sicut frequenter accidit, illi sunt melius bene memorantes, qui sunt tardi ad inveniendum & discendum. Illi autem melius reminisce, qui sunt velocis ingenij ad inveniendum ex se, & bene discendum ab aliis. Cuius ratio est: quia diversa habitus hominum ad opera animae proueniunt ex diversa corporis dispositione. Videmus autem in corporalibus, quod illa, quae difficiliter & tarde recipiunt impressionem, bene retinet eam, sicut lapis, quae vero de facili recipiunt nō retinent bene, sicut aqua. Et, quia memorari nil aliud est quā bene conseruare semel accepta, inde est, quod illi, qui sunt tardi ad recipiendum, retinet bene recepta: quod est bene memorari. Qui autem de facili recipiunt, plerumque de facili amittunt. Sed reminisce est quaedam reinuentione prius acceptorum non conseruatorum, & ideo illi, qui sunt velocis ingenij ad inveniendum & recipiendum disciplinam, etiam sunt bene reminisce. Deinde cum dicit. Primum igitur considerandum est qualia sunt memorabilia; saepius enim istud nos fallit. Primum quidem igitur accipiendum est qualia sunt memorabilia. multoties enim decipit hoc. Exequitur propositū. Et primo determinat de memorari, Secundo de reminisce. Ibi dicit De reminisce autem reliquum est dicere. Circa primum tria facit. Primo ostendit quid sit memorari, Secundo cuius partis animae sit. Ibi dicit Quod autem de phantasia. Tertio propter quam causam fiat ibi dicit Dubitabit autem utriusque aliquid. Et, quia operationes & habitus, & potentiae specificantur ex obiectis, ideo circa primum duo facit. Primo inquit quid sit obiectum memoriae. Secundo concludit quid sit memoria. Ibi dicit Est quidem igitur memoria. Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, Secundo manifestat propositum. Ibi dicit Neque enim futura. Dicit ergo primo quod ad determinandum de memoria, primo oportet accipere qualia sunt memorabilia: quia obiecta sunt priora actibus, & actus potentis, ut dictum est in Secundo de Anima. Necessarium autem est hoc determinare, quia multoties accidit deceptio, circa hoc: quia aliqui putant quorundam esse memoriam quorum non est. Deinde cum dicit. Nam neque quod futurum est memorari contingit, verum opinione & spe percipitur. Et profecto erit scientia quaedam spei ad dicta, ut de diuinatione quidam autumant. Ne quo enim futura contingit memorari: sed est opinabile & separabile. Erit autem utriusque & scientia quaedam speratua: quemadmodum quidam diuinationem dicunt.

Manifestat propositum. Et primo dicit quod memoria non est futurorum, secundo quod non est presentium. Ibi dicit Neque presentis. Tertio quod est praeteritum. Ibi dicit Memoria autem facti est. Dicit ergo quod futura non contingit memorari, sed eorum est opinio ex parte virtutis cognoscitiuae, dum, si aliquis opinatur aliquid esse futurum: & sperat ex parte virtutis appetitiuae, dum, si spes in aliquid futurum quandoque tendit. Dicit autem quod etiam quaedam scientia potest esse futurorum, quae potest esse speratua scientia. Quidam autem nominant eam diuinationem: quia per eam aliqui possunt cognoscere quid in futurum continget, de quo est spes. Sed, cum spes sit futurorum, quae ab homine acquiri possunt, huiusmodi autem sunt futura contingentia de quibus non potest esse scientia: videtur quod nulla scientia possit esse speratua futurorum. Dicendum autem est de futuris contingentiis, s. m. se consideratis, non potest esse scientia: sed, cum in causis suis consideratur, potest de eis scientia esse, pro aliqua scientia cognoscunt esse inclusiones quasdam ad tales effectus. Sic enim & scientia naturalis est de generabilibus & corruptibilibus. Et hoc etiam modo Astrologi possunt per suam scientiam pronuntiare quosdam futuros euentus sperando: puta ubertatem vel sterilitatem, propter dispositionem corporum caelestium ad tales effectus. Deinde cum dicit. Sed neque id, quod praesens est: illius enim est sensus. hoc enim neque futurum, neque praeteritum cognoscimus, sed solum id quod praesens est. Neque praesentis est, sed sensus. Hoc enim neque futurum, neque factum cognoscimus, sed tantum praesens. Ostendit quod memoria non est praesentis, sed hoc dicit pertinere ad sensum, per quem neque futurum, neque factum, id est praeteritum, cognoscimus, sed tantummodo praesens. Deinde cum dicit. Memoria autem est praeteriti, praesens vero cum adeste (ut hoc album quando quis id conspiciat) nullus utriusque memorari asseret, neque quod contemplatur, cum considerat et intelligit, sed illud quidem se sentire dicit: hoc autem se scire solummodo. Cum vero sine operatione scientiam habuerit & sensum, tum de trianguli meminit angulis quod duobus, relictis sunt equales, hoc quidem vel quia didicerit, vel contemplatus fuerit, illud vero quoniam audierit, vel viderit, aut huiusmodi quippiam percipit. Semper enim cum memoria operam dat tacite secum animo confirmat quod prius id audierit, aut sensit, aut est contemplatus. Memoria autem facti est, praesens autem cum adest, ut hoc album, cum aliquis videt, nullus utriusque memorari neque quod consideratur: cum sit considerans et intelligens: sed hoc quidem communiter sentire dicit, illud autem scire solum. Cum vero sine actibus scientiam & sensum habeat: sic memoratur quod triangulus duobus relictis equales habet hoc quidem quia dicit aut speculatus fuit, illud vero quoniam audierit aut vidit, aut aliquid tale. Semper enim, cum secum dum memorari agit, sic in anima dicit, quod hoc prius audierit, aut sensit, aut intellexit. Ostendit quod memoria est praeteritum. Et hoc probat ex communi usu loquendi. Cum enim aliquid praesentialiter adest puta cum aliquis praesentialiter videt album nullus diceret se memorari album: sicut nullus dicit se memorari illud, quod per intellectum actu consideratur, cum actu considerat & intelligit: sed cum communiter homines vident album nominant sentire, & considerare aliquid actu, nominant solummodo scire. Cum aliquis autem habet scientiam habitualem & potentiam sensitiuam sine actibus vel operationibus eorum, tunc dicitur memorari

N. LEON.
Quod est obiectum memoriae
Text. 31.
N. LEON.

rari praeteritorum actuum, puta cum considerat intellectum triangulum habere tres angulos duobus rectis equales: & forte sensibilibus descriptionem figuram videt: & ex quadam parte operationis intellectuales memoratur aliquid, quia didicit ab alio, vel quia speculatus est per seipsum ex parte vero sensibilibus apprehensionis memoratur, quia audivit vel vidit, vel aliquo alio sensu percepit. Semper enim cum anima memoratur, pronuntiat se vel prius audivisse aliquid, vel sensit, vel intellexisse. Ex quo patet quod non est intentio Philosophi dicere quod memoria non possit esse ipsarum rerum, quae in praesenti sunt, sed solum eorum quae in praeterito fuerunt. Potest enim aliquis memorari non solum hominum, qui mortui sunt, sed etiam qui nunc viuunt: sicut & suipsum aliquis dicitur reminisci s. m. illud Virgilij. Hae talia passus Vlyxes. Oblitus sui est Itacus discrimine tanto. Per quod intelligi voluit quod meminit sui, sed intentio Philosophi est dicere quod memoria est praeteritorum quantum ad nostram apprehensionem, id est quod prius sensimus vel intelleximus aliqua indifferenter siue illae res s. m. se consideratae sunt in praesenti siue non. Deinde cum dicit. Est igitur memoria neque sensus, neque opinatio, sed horum alterius, aut habitus, aut passio, cum intercesserit tempus: ipsius autem nunc in ipso nunc, non est memoria, ut dictum est prius, sed praesentis quidem sensus, futuri autem tempore, praeteriti vero memoria. Quam obrem cum tempore omnis est memoria. & ideo quocumque tempore sentiunt animalia hoc sola recordantur, & isto quo sentiunt. Est quidem igitur memoria, neque sensus, neque opinio, sed horum alicuius habitus aut passio, cum factum fuerit tempus. Ipsius autem nunc in ipso nunc non est memoria, sicut dictum est. Est enim praesentis quidem sensus, futuri vero spes, facti autem memoria est. Unde post tempus memoria omnis, quare quocumque tempore sentiunt haec sola animalia memorantur & isto sentiunt. Concludit ex praemis quid sit memoria, quia neque est sensus, quia solum est praesentium: neque est opinio: potest etiam esse futurorum: sed oportet quod ad aliquid horum pertineat vel per modum habitus: puta si sit aliqua vis permanens, vel per modum passionis, puta si sit aliqua impressio transiens. Sic autem memoria pertinet ad sensum vel opinionem, cum interuenit aliquod tempus medium inter priorem apprehensionem sensus, vel intellectus opinionis, & memoriam subsequentem: ut sic memoria possit esse praeteriti apprehensionis: quia eius quod nunc apprehenditur, in ipso nunc non est memoria: ut dictum est. sed sensus quidem est praesentis, spes vero futuri, memoria vero praeteriti. Et ideo oportet quod omnis memoria sit cum aliquo tempore intermedio inter ipsam & priorem apprehensionem. Et ex hoc concludit quod sola animalia, quae possunt sentire tempus, memorantur: & illa parte animae memorantur, quae & tempus sentiunt: & de hoc in sequentibus inquiret.


LECTIO II.

Quomodo memoria ad partem intellectiuam & sensitiuam spectet signis duobus ostenditur. Quoniam autem de Fantasia dictum est prius in commentarijs de Anima, et quod sine fantasia intelligere non licet. Quoniam autem de fantasia prius in his que sunt de Anima dictum est, & quod intelligere non est sine phantasmate. Postquam philosophus ostendit quid est memoria, hic ostendit ad quam partem animae pertineat. Et circa hoc

duo facit. Primo praemittit quoddam, quod est necessarium ad propositi manifestationem, Secundo manifestat propositum. Ibi dicit Magnitudinem autem & motum. Circa primum. Primo praemittit quod intendit, Secundario manifestat quod dixerat per exemplum. Ibi dicit Accidit enim eadem passio. Tertio ostendit quid circa hoc sit alicui manifestandum. Ibi dicit Propter quam igitur causam. Propositum ergo primo, quod in libro de Anima dictum est, de phantasia quid sit: quia scilicet est motus factus a sensu secundum actum. In eodem etiam libro dictum est quod non contingit hominem sine phantasmate intelligere. Deinde cum dicit. Eadem enim in intelligendo contingit passio, quae in describendo. Ibi enim ad nihil ventus determinata trianguli quantitate, nihilominus per terminatam illum describimus quantitate: ita intelligens licet non contempletur quantum, ante oculos tamen proponit quantum, contemplatur autem non ut est quantum. Quod si natura fuerit quantum quidem, verum indeterminatum, ante oculos certe quantum ponit terminatum, contemplatur autem ut quantum est solum. Accidit enim eadem passio circa intellectum, quae quidem & in describendo. Ibi enim nulla ventus quantitate trianguli determinata, tamen finita secundum quantitatem describimus: & intelligens similiter & si non intelligat quantum, ponitur ante oculos quantum. Intelligit autem non secundum quod quantum est solum. Si autem natura sit quantum infinitum, anteponitur tamen quantum determinatum. Intelligit autem secundum quod quantum solum. Manifestat hoc, quod viximo dixerat. Possit enim alicui videri inconueniens, si non possit homo sine phantasmate intelligere, cum phantasma sit similitudo rei corporalis: intelligere autem sit vniuersalium, quae a particularibus abstrahuntur, & ideo ad huius manifestationem inducit quoddam exemplum dicens, quod ita accidit circa intellectum, quantum adhuc quod indiget phantasmate, sicut accidit in descriptionibus figurarum Geometriae, in quibus describitur quidam triangulus, qui sit alicuius determinatae quantitatis, cum Geometria in sua demonstratione non utatur aliqua determinata quantitate trianguli: similiter & homini volenti intelligere rem aliquam proponitur ante oculos phantasma alicuius determinatae quantitatis, ut pote singularis, puta volenti intelligere hominem, occurrit imaginatio alicuius hominis bicubiti: sed intellectus intelligit hominem in quantum est homo, non autem in quantum habet quantitatem hanc. Sed, quia intellectus potest intelligere naturam quantitatis, ideo subiungit, quod, si ea, quae debent intelligi, sunt s. m. suam naturam quantam, puta linea, superficies, & numerus, non tantum finita, id est determinata determinatione singularitatis, nihilominus tamen ponit ante oculos phantasma quanti determinati, sicut volenti intelligere lineam occurrit phantasma lineae bipedalis, sed intellectus intelligit eam solum s. m. naturam quantitatis, non secundum quod est bipedalis. Deinde cum dicit. Quam igitur ob causam intelligere non contingit sine continuo, et sine tempore ea, quae non sunt in tempore alius est sermo. Propter quam igitur causam non contingit intelligere nihil sine continuo, neque sine ratione temporis entia, alia ratio est. Ostendit ad quam considerationem referuatur hoc, & dicit quod ad aliam rationem pertinet assignare causam, quare nihil potest homo intelligere sine continuo & tempore: quod quidem accidit, in quantum nihil potest homo intelligere sine phantasmate. Phantasma autem oportet Parua naturalia S. T. D qd sit

Notandum.
Virgilius.
N. LEON.
N. LEON.
N. LEON.

2. l. 10. 61.
3. l. 1. 208.
30. l. 19.
N. LEON.
Quomodo intelligit intellectus



50  
 Ratio intel-  
 ligendi cum co-  
 tinuo & tem-  
 pore.  
 T. ex. 6. 8.  
 Dubitatio.  
 T. ex. 6. 2.  
 Solutio.  
 T. ex. 6. 19.  
 N. LEON.

Quod sit cum continuo & tempore, eo quod est similitudo rei sin-  
 gularis, quae est hic & nunc, quod non potest intelligi sine  
 phantasmate. Quare homo autem non potest intelligere  
 sine phantasmate, de facili potest assignari ratio quantum  
 ad primam acceptionem specierum intelligibilium, quae  
 à phantasmatibus abstrahuntur secundum doctrinam Arist. in  
 Tertio de Anima. Sed experimento patet quod etiam ille, qui  
 iam acquiritur scientiam intelligibilem per species intel-  
 lectas non potest actu considerare illud, cuius scientiam  
 habet nisi occurrat ei aliquod phantasma. Et inde est quod le-  
 so organo imaginationis impeditur homo non solum ab  
 intelligendo aliqua de novo, sed etiam considerando ea,  
 quae prius intellexit, ut patet in pluribus ceticis. Posset autem  
 adhuc aliquis dicere quod species intelligibiles non manent  
 in intellectu possibili humano, nisi quando actu intelligit  
 postquam autem desit actu intelligere pereunt & cessant  
 species intelligibiles esse in intellectu per modum, quo  
 cessat lumen esse in aere apud absentiam corporis illumi-  
 nantis: & ideo est necesse, si intellectus velit de novo intel-  
 ligere, quod iterum se convertat ad phantasmata, ut acquirat  
 species intelligibiles. Sed hoc est expresse contra verba  
 Arist. in Tertio de Anima, ubi dicit quod, cum intellectus  
 possibilis fiat singula intelligibilia, quod est per species  
 eorum, tunc etiam est in potentia ad intelligendum in actu.  
 Repugnant etiam rationi ut cum species intelligibiles re-  
 cipiantur in actu in intellectu possibili immobiliter secundum  
 modum ipsius, intellectus possibilis non habeat species  
 intelligibiles etiam, cum actu non intelligit, non est sicut  
 in potentiis sensitivis, in quibus, propter conditionem or-  
 gam corporalis aliud est recipere impressionem, quod faci-  
 lit sentire in actu, & aliud retinere, quando etiam res actu  
 non sentiuntur, ut obicit Avicenna, sed contingit propter  
 diversum gradum essendi formarum intelligibilium: vel  
 secundum potentiam puram, sicut invenire vel addicere. vel  
 secundum actum purum, sicut quando actu intelligit: vel  
 medio modo inter potentiam & actum: quod est esse in  
 habitu. Non ergo propter hoc solum indiget intellectus  
 possibilis humanus phantasmate ut acquirat intelligibi-  
 les species, sed etiam ut eas quodam modo in phantasma-  
 tibus inspiciat. Et hoc est quod dicitur in Tertio de Ani-  
 ma. Species igitur in phantasmatibus intellectuum intel-  
 ligit, huius autem ratio est, quia operatio proportionatur  
 virtuti & essentiae intellectuum aut hominis est in sensi-  
 tivo, sicut dicitur in Secunda de Anima. Et ideo propria  
 operatio eius est intelligere intelligibilia in phantasmati-  
 bus, sicut intellectus substantiae separatae operatio est in-  
 telligere res secundum se intellectas. & ideo huius causa est red-  
 denda à Metaphysico, ad quem pertinet considerare di-  
 versos gradus intellectuum. Deinde cum dicitur.

*Magnitudinem autem & motum necesse illo cognoscere, quo & tempus: et fantasia communis sensus est passio. i. c. c. 6. manifestum est quod horum cognitio per primum est sensitivum. Intelligibilem vero rerum memoria non sine fantasia est. propterea contemplabilis quidem rei per accidens sanè erit, per se autem primi sensitivi.*

*Magnitudinem autem & motum cognoscere necesse est, quo & tempus, & phantasma communis sensus passio est. Quare manifestum est quod primo sensitivo, horum cognitio est: memoria autem quae est intelligibilem, non sine phantasmate est. Quare intellectui secundum accidens utique erit, per se autem primi sensitivi.*

Offendit ad quam partem animae pertineat memoria. Et primo per rationem, secundo per signa. ibi {Vnde & aliter.} Tertio concludit propositum. ibi {Cuius quidem

igitur.} Dicit ergo primo, quod necesse est quod eadem parte anime cognoscatur magnitudo & motus, quia etiam cognoscitur tempus. Haec enim tria se sequuntur tam in di-  
 visione, quam in eo quod est esse infinitum & finitum, ut probatur in 6. Physicorum. Magnitudo autem cognoscitur sensu: est enim unum de sensibilibus communibus. Similiter autem & motus praecipue localis, cognoscitur, in quantum cognoscitur distantia magnitudinis. Tempus autem cognoscitur, in quantum cognoscitur prius & posterius in motu: unde & etiam sensu percipi possunt. Dupliciter autem aliquid sensu percipitur. uno quidem modo per ipsam immutationem sensus à sensibili: & sic cognoscitur tam sensibilia propria, quam etiam communia à sensibus propriis, & à sensu communi. Alio modo cognoscitur aliquid quodam secundo modo, qui relinquitur ex prima immutatione sensus à sensibili. Qui quidem motus remanet etiam quandoque post absentiam sensibilibus: & pertinet ad phantasmata, ut habitum est in libro de Anima. Phantasia autem, secundum quod apparet per huius immutationem secundariam, est passio sensus communis: sequitur enim totam immutationem sensus, quae incipit à sensibilibus propriis & terminatur ad sensum communem. Unde manifestum est quod praedicta tria, scilicet magnitudo, motus, & tempus, secundum quod sunt in phantasmate, comprehenduntur & cognoscuntur per sensum communem. Memoria autem non solum est sensibilem, ut puta cum aliquis memoratur se sensitivum, sed etiam intelligibilem, ut cum aliquis memoratur se intellexisse. Non autem est sine phantasmate. Sensibilia enim postquam pretereunt, à sensu non percipiuntur, nisi sicut in phantasmate: intelligere etiam non est sine phantasmate, ut supra habitum est. Unde concludit quod memoria sit intellectiva partis animae, sed per accidens: per se autem primi sensitivi, scilicet sensus communis. Dicitur enim supra, quod intelligens proponit in phantasmate quantum determinatum, licet intellectus secundum se consideret rem absentem: ad memoriam autem pertinet apprehensio temporis secundum determinationem quandam, secundum distantiam in praeterito ab hoc in praesenti nunc. Unde per se memoria pertinet ad apparitionem phantasmatum: per accidens autem ad iudicium intellectus. Posset autem alicui videri quod ex his, quae hic dicuntur, quod phantasia & memoria non sunt potentiae distinctae à sensu communi, sed sint quaedam passiones ipsius. sed Avicenna rationabiliter ostendit esse diversas, potentias. Cum enim potentiae sensitivae sint actus orporeorum organorum, necesse est ad diversas potentias pertinere receptionem formarum sensibilibus, quod pertinet ad sensum & conservationem eorum, quae pertinent ad phantasmata siue imaginationem, sicut in corporalibus videmus quod ad aliud principium pertinet receptio & conservatio: humida enim sunt bene receptiva, sicca autem & dura bene conservativa. Similiter etiam ad aliud principium pertinet recipere formam, & conservare receptam per sensum & intantionem aliquam per sensum non apprehensam: quamvis estimativa percipit etiam in aliis animalibus: vis autem memorativa retinet, cuius est memorari rem non absolute, sed prout est in praeterito apprehensa à sensu vel intellectu. contingit tamen quod diversarum potentiarum est una quasi radix & origo aliarum potentiarum, quarum actus actum ipsius primae potentiae praesupponunt, sicut nutritiva est quasi radix augmentativa & generativae potentiae, quarum utraque vititur nutrimento. Similiter autem sensus communis est radix phantasiae & memoriae, quae praesupponunt actum sensus communis. Deinde cum dicitur.

*Quapro-*

Dupliciter aliquid sensu percipitur.

2. c. 6. 10. 1.

Dubitatio Solutio

Sensus communis est radix phantasiae & memoriae.

N. LEON. Quapropter & alijs quibusdam inest animantibus, & non solum hominibus, & opinione aut prudentia praeditis: quod si intellectiva esset pars, non multis sanè aliorum inest animalium: forte aut nulli mortalium. Unde & alteris quibusdam inest animalium: & non solum hominibus, & habentibus opinionem & prudentiam. Si autem intellectuarum aliqua partium esset, non utique inest multis aliorum animalium: forte aut nulli mortalium. Manifestat quod dixerat per duo signa. Quorum primum sumitur ex parte animalium habentium memoriā. & dicit quod memoria est per se primi sensitivi, inde est quod memoria inest quibusdam aliis animalibus habentibus sensum & carentibus intellectu, & non solum hominibus & quibuscumque aliis habentibus opinionem, quae potest ad intellectum speculativum pertinere, & prudentiam, quae pertinet ad intellectum practicum. Si autem memoria esset aliquid de potentiis intellectivis, non inest multis aliorum animalium, de quibus manifeste constat quod habent memoriā: & tamen non habent intellectum. & forte non inest memoria alicui mortalium nisi homini, qui solus homo inter mortales habet intellectum. Dicit autem forte, propter quosdam qui dubitaverunt de quibusdam aliis animalibus ab homine utrum habeant intellectum, propter opera quaedam similia operibus rationis, sicut sunt opera simiarum: & quorundam huiusmodi animalium. Secundum signum ponit ibi.

N. LEON. Quando neque nunc omnibus, quoniam non omnia temporis sensum habent. Semper enim quando memoria operatur (ut retro diximus) quod vidit hoc, aut audivit, aut didicit, simul sentit quod ante. Ante autem & post sunt in tempore. Quoniam neque nunc omnibus propter id quod non omnia temporis sensum habent. Semper enim cum agat memoria, sicut & prius diximus, quod vidit, aut audivit, aut didicit, simul sentit, quia prius. Prius autem et posterius in tempore sunt. Et sumitur ex animalibus non habentibus memoriā. & dicit inde esse manifestum quod memoria pertinet per se ad partem sensitivam, quia etiam nunc cum supponimus solum hominem inter mortales habere intellectum, memoria non inest omnibus animalibus, sed solum illa habent memoriā, quae sentiunt tempus. Quaedam enim animalia nihil percipiunt nisi apud praesentiam sensibilibus sicut quaedam animalia immobilia, quae propter hoc habent indeterminate phantasmata, ut dicitur in Secundo & Tertio de Anima: & propter hoc non possunt cognoscere prius & posterius, & per consequens non habent memoriā. Semper enim cum anima agit per memoriā, ut prius dictum est simul sentit quod hoc prius vidit, aut audivit, aut didicit. Prius autem & posterius pertinent ad tempus. Deinde cum dicitur.

N. LEON. Cuius igitur partium animae est memoria palam est, quod illius videlicet cuius est fantasia. Et memorabilia per se quidem sunt quaecumque imaginabilia existunt, per accidens autem eorum quaecumque non sine fantasia. Cuius quidem igitur eorum quae sunt animae memoria sit manifestum, quoniam quidem cuius & phantasia est. Et sunt memorabilia per se quidem, quorum est phantasia: secundum accidens autem, quaeque non sine fantasia. Concludit propositum. Et dicit manifestum esse ex praemissis ad quam partem animae pertineat memoria: quia ad eam, ad quam pertinet phantasia, & quae illa sunt per se memorabilia, quorum est phantasia, sensibilia: per accidens autem memorabilia, sunt intelligibilia, quae sine phantasia non apprehenduntur ab homine. Et inde est quod ea quae habent subtilem & spiritualement considerationem, minus

possumus memorari. Magis autem sunt memorabilia: quae sunt grossa & sensibilia. Et oportet, si aliquas intelligibiles, rationes volumus memorari facilius, quod eas allegemus quasi quibusdam aliis phantasmatibus, ut docet Tullius in sua Rhetorica. Memoria tamen ponitur à quibusdam in parte intellectiva, secundum quod hic per memoriā intelligitur omnis habitualis conservatio eorum, quae pertinent ad partem animae intellectivam.

Tullius pro memoria.

LECTIO III.

Dubitationis solutio, ex qua quomodo rei absentis fiat memoria: Qui item memores esse dicuntur ac ipsius memoriae definitio, deducitur.

Dubitare autem non ab re quis poterit cur praesente quidem passione, re vero absente, non praesentis recordetur.

Dubitabit autem utique aliquis propter quid quidem passione praesente, re vero absente memoratur quod non praesens.

Postquam philosophus ostendit quid sit memoria, & cuius partis animae sit, hic ostendit causam memorandi. Et circa hoc duo facit. Primo proponit dubitationem, secundo solvit. ibi {Aut est ut contingit.} Circa primum tria facit. Primo movet dubitationem, secundo manifestat quoddam, quod dubitatio supponit. ibi {Manifestum enim quoniam oportet.} Tertio inducit rationes ad questionem. ibi {Sed si tale accidens.} Dicit ergo primo, quod potest aliquis dubitare, cum in memorando quaedam passio praesentis afficiat animam: res vero, cuius memoramur sit absens, propter quod memoramur id, quod non est praesens, scilicet rem, & non memoramur passionem praesentem. Deinde cum dicitur.

Manifestum profecto est, quod huiusmodi quippiam à sensu in anima productum intelligere oportet, aut in corporis parte, quae illum continet, ut passio illa, velut quaedam sit pictura, cuius habitum memoriā esse dicimus: illa enim quae sit motio imprimi, veluti sensibilibus effigiem rei, eorum more, qui annulis signant.

Manifestum enim quoniam oportet intelligere talem aliquam passionem factam per sensum in anima, & in parte corporis habente ipsam, velut picturam quandam. cuius dicimus habitum esse memoriā, factus enim motus, imprimi velut figuram quandam sensibilibus, sicut sigillantes annulis.


Manifestat quoddam quod supposuerat, scilicet passionem quandam esse in anima dum memoramur. Et primo manifestat hoc per causam, secundo per signa. ibi {Vnde & his quidem.} Dicit ergo primo manifestum esse quod oportet intelligere aliquam talem passionem à sensu esse factam in anima, & in organo corporis animati, cuius quidem animae memoriā dicimus esse quandam quasi habitum, quae quidem passio est quasi quaedam pictura: quia, si sensibile imprimi suam similitudinem in sensu, & huius similitudo remanet in phantasia, etiam sensibili abeunte. Et ideo subiungit quod motus, qui fit à sensibili in sensum, imprimi in phantasia quasi quaedam figuram sensibilem, quae manet sensibili abeunte ad modum, quo illi, qui sigillant cum annulis imprimunt figuram quandam in cera, quae remanet etiam sigillo vel annulo remoto. Dicit autem in anima & in parte corporis: quia cum huiusmodi passio pertinet ad partem sensitivam, quae est actus organici corporis, huiusmodi passio non pertinet ad solam animam, sed ad coniunctum. Memoriā autem nominat habitum partis huius, quia memoria est in parte sensitiva: & ea, quae in memoria conservamus, quaeque non actu apprehendimus, sed quasi habitualiter tenemus. Deinde cum dicitur.

Parva naturalia S. T. D 3 Quam-

N. LEON.

N. LEON.

Legere sequens in partem finem.



Q uamobrem is, qui in multa sunt agitatione, aut propter passionem, aut propter aetatem, nullus sane memoria est...

Unde & his quidem qui in motu multo aut propter passionem, aut propter aetatem sunt, non fit memoria...

Manifestat propositum per signa, quod in memorando fit praedicta passio praesens. Et dicit quod, propter hanc talis passio necessaria est ad memoriam...

humidi quam oportet. Humidi enim est facile recipere impressiones. Illi autem, qui sunt magis tardi, sunt etiam magis duri...

At vero, si circa memoriam huiusmodi est accidens, utrum ne huiusce meminit passionis, an illius a quo est effecta?

Sed si talis accidens est circa memoriam, utrum hanc memoratur passionem, aut illud a quo facta est? Si enim hanc, absentium nihil utique memorabimur...

Argumentatur ad questionem prius propositam. Et primo iam, manifestato quod suppositum erat, resumit questionem, & dicit quod, si hoc accidit circa memoriam...

Altera est ratio...

N. LEON.

Argumentatur per se...

est quod apprehendi potest. Et etiam hoc experimento patet quod ille, qui memoratur, speculatur aliquid per intellectum...

N. LEON.

An est ut contingit hoc & accidit. Sicut enim in tabella pictum animal, idem est animal est, & imago, & idem unum ambo...

Aut est ut contingit & accidit hoc. Ut enim in tabula pictum animal & animal est & imago. Et idem & unum ipsum est ambo...

Solvit propositam questionem. Et primo ostendit per quam causam contingat memorari, secundo ostendit quare sit causa quod aliquid bene in memoria conservetur...

memorandi. Et ideo, cum anima memoretur secundum modum phantasmatis, si anima convertatur ad ipsum secundum se, sic videtur anime adesse...

Avicenna quod memoria respicit intentionem...

N. LEON.


Et hanc ob causam interdum ignoramus huiusmodi in anima nobis excitationis motibus, quoniam prius sensitivus si quoniam sensitivus id accidit...

Et ob hoc aliquando, factis nobis in anima huiusmodi motibus ab eo, quod prius sensitivus, nescimus an id propterea acciderit...

Manifestat quod dixerat per quaedam signa. Et dicit quod, quia tunc memoratur quoniam attendimus ad phantasma...

Circa actum memoriae...

Proprie memorari quod sit...



hoc contingit quod illi, qui speculatur phantasma, mouetur quidem ab ipso phantasmate, sed considerat ipsum in quantum est imago alterius...

N. LEON.

Comentationes autem in reminiscendo memoriam conseruant: id autem nihil aliud est quam sepe contemplari ut imaginem, & non ut per se est.

Per que memoria conseruetur.

Ostendit per que memoria conseruetur. Et dicit quod frequenter meditationes eorum, que sentimus aut intelleximus conseruant memoriam ad hoc...

N. LEON.

Quid igitur est memoria, & ipsum meminisse, dictum est quoniam phantasmatis ut imaginis, cuius est phantasma, habitus est: preterea cuiusdam partis in nobis, quoniam...

Lec. prima et secunda.

Quid quidem igitur est memoria & memorari: dictum est: quoniam phantasmatis ut imaginis cuius phantasma habitus & cuius particula earum, que in nobis, quia...

Memoria quid.

Epilogus similiter supradicta. Et dicit quod dictum est quod est memoria & memorari: quia memoria est habitus, habitus quaedam conseruatio phantasmatis, non quidem...

LECTIO IIII.

Quid sit ipsum reminisci, quod neque memorari, aut de nouo addiscere sit concluditur.

N. LEON.

Reliquum autem est ut reminiscencia dicamus. Principio igitur quacumque in problematis vera inuenta sunt supponantur ut vera.

De reminisci autem reliquum est dicere. Primum quidem igitur quascumque in argumentatiuis rationibus vera sunt, oportet ponere ut existentia.

Postquam Philosophus determinauit de memoria & memorari, nunc determinat de reminisci. Et primo dicit de quo est intentio, secundo prosequitur propositum...

Neque enim memorie resumptio est reminiscencia, neque apprehensio.

N. LEON.

Non enim est memoria resumptio reminiscencia, neque acceptio.

Execquitur propositum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quid sit reminiscencia per comparationem ad alias apprehensiones, secundo determinat modum reminiscencia...

Cum enim primo didicerit quispiam aut patiatur, neque illam resumit memoriam: nulla enim presuit.

N. LEON.

Cum enim primum addiscat aut patiatur: non resumit memoriam neque vniam. Nulla enim ante facta est.

Manifestat quod dixerat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit differentiam duorum, que proposuerat, resumptionis memoria, & acceptiois: secundo ostendit quod reminiscencia non sit memoria resumptio, neque etiam acceptio...

Neque a principio sumit, quando autem factus fuerit habitus aut passio, tunc est memoria, quomobrem vna non fit cum passione.

N. LEON.

Neque ex principio accipit. Cum enim factus fuerit habitus aut passio, tunc memoria est. Quare vna cum passione, que fit, non ingeneratur.

Ostendit quod memorari non sit prima acceptio. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod memorari non consistit in hoc quod est accipere notitiam, secundo ostendit quod non consistit in hoc quod est primo acceptum esse...

Preterea quando primo in indiuiduo & ultimo factum est, passio quidem iam inest patienti & scientia, siquidem habitum aut passionem scientiam appellare conuenit.

N. LEON.

Adhuc autem cum primo facta est in indiuiduo & ultimo, passio quidem inexistit iam patienti & scientia: si oportet.

li oportet vocare scientiam habitum aut passionem. Nihil autem prohibet secundum accidens memorari quaedam que scimus. Memorari autem secundum se non est ante factum tempus.

reminiscencia est quidam motus ad memorandum. Et sic memoria sequitur reminiscencia, sicut terminus motum vel secundum aliam literam. Reminiscencia sequitur memoriam: quia sicut inquisitio rationis est via ad aliquid cognoscendum...

Reminiscencia quid.

Ostendit quod neque memoria est in primo instanti, in quo iam facta est notitia, siue per modum habitus, siue per modum passionis, sicut quando nondum notitia est in habitum versa.

N. LEON.

Manifestum quin etiam est quod meminisse est non rememorantem in presentia quod a principio senserit, aut passus fuerit. Amplius manifestum quoniam memorari est non nunc reminiscens, sed a principio sentientem aut patientem.

Neque hec profecto simpliciter si cum presens antea rursus fuerit, sed est quomodo hoc contingat, & est quomodo non eandem rem bis eundem discere & inuenire contingit.

Neque itaque hoc simpliciter, sed cum ante essent, iterum recontingit eundem idem. Oportet igitur differre ab his & cum reminiscimur longe maius principium nobis inesse, quam cum de nouo addiscimus.

Hic ostendit quod non qualibet resumptio sensu vel scientia est reminiscencia. Et dicit quod non est vniuersaliter hoc verum quod reminiscencia fiat quodcumque iterum sit cognitio scientia vel sensus, que prius fuerat, sed quodammodo contingit resumentem scientiam, aut sensum reminisci: & quodammodo non.

LECTIO V.

Causa reminiscendi proponitur, modus quoque quo reminiscamur: cur item que procul sunt magis, quam ea que prope memoremur, exponitur.

N. LEON.

Fieri autem contingunt reminiscencia, quoniam hoc post illam nata est fieri motio. Et si quidem ex necessitate, palam est quando illa mouetur, hanc etiam moueri.

Contingunt autem reminiscencia, quoniam apertus natus est fieri hic motus iam post hunc. Si fieri enim ex necessitate, manifestum quod cum motus fuerit illo, hoc mouebitur.

Postquam philosophus inquisiuit quomodo reminiscencia se habeat ad alia, que ad cognitionem pertinent, hic incipit manifestare reminiscencia modum. Et primo manifestat modum reminiscendi, secundo ostendit differentiam inter memoriam & reminiscencia.

Parua naturalia S.T. D 4 igitur

200

200





git per hoc, qd homo interiorius retinet quandam potentiam vel virtutem inducendi se ad motus rei quos querit: hoc autem contingit, cum pot peruenire ad hoc qd moueatur motu quem amisit per obliuionem: & hoc ex seipso, non ex aliquo docente: vt contingit, qn iterum addiscit, & ex moribus prehabitis, sicut dictu est, non ex nouis motibus, sicut quando iterum inuenit. Deinde cum dicit.

rum aliquid querit, in & veniens reminiscetur, si in c aut e inquiris. Si autem non in a & sic semper. A B G D E Z S T.

Ostendit quale principium reminiscens debeat accipere. Et dicit, qd istud, quod est vniuersale, videtur esse principium, & medium, per quod potest perueniri ad omnia. Dicitur autem hic vniuersale, non illud, quod predicatur de pluribus, sicut in logicis, sed id, a quo aliquis confueuit ad diuersa moueri, sicut si post lac, aliquis moueatur ad albedinem & ad dulcedinem, & iterum ab albedine ad quadam alia, sicut dictum est: & iterum a dulcedine ad calorem digerentem, & ad ignem, & ad alia consequenter cogitata, lac erit quali vniuersale ad omnes istos motus.

Et oportet ad hoc recurrere si aliquis vulerit cuiuscunque consequentiu reminisci, qa, si non reminiscitur alicuius consequentiu prius, per alia posteriora principia, saltem reminisci poterit cum venerit ad illud primum vniuersale principiu. Aut, si tunc non reminiscitur, non poterit aliunde reminisci. Et ponit exemplum de diuersis cogitatis q in D diuersas literas, A B G D E Z S T. Quas quidem literas enumerat fm ordinem alphabeti Graeci, non tm in reminiscendo est idem ordo, sed accipiendum est q aliquis cogitando, vel loquendo de B veniat in A, de A vero quandoq; quidem in E: quandoque vero in G, D, aut quandoq; in D, quandoq; in E, de G vero quandoq; in I quandoq; in A. Si ergo aliquis non reminiscatur eius qd est in C, poterit reminisci eius, quod est in E, si veniat ad E ex quo mouebatur ad duo, scilicet E & ad D. Sed forte no querebat E, neq; D, sed querebat S vel Z, tunc veniens G reminiscetur. Sed, quia nescimus utrum id quod querimus contineatur sub E, vel sub G, oportet recurrere ad A, quod est quali vniuersale respectu omnium. Et sic sem per oportet procedere: puta si adhuc B sit vniuersaliu q A. Potest autem & aliter dispositio praedicta intelligi, vt ab A directe quidem veniat in G lateraliter aut in B A G, aut lateraliter quidem in I, hinc inde: directe autem in T a quo in D & E. Et ideo dicit q si aliquis meminit in E quod est vltimum: venit in T quod est prius. Et si forte in T non meminit, quia id quod querit non continetur sub eo: recurrendum est ad G, sub quo quadam alia continentur, puta A Z, & deinde in A, vt prius dictu est, sub quo continetur etiam B. Quod quidem in proposito linea conspici potest. Deinde cum dicit.

Cur autem interdum quidem ab eodem reminisci contingit, interdum vero non, in causa est, quoniam ab eodem principio ad plura moueri contingit, vt ex c ad d, aut ad e. Nisi igitur ab antiquo moueatur, ac consuetus sane mouetur: quemadmodum n. natura, sic & consuetudo est: quam obrem eorum, qua crebro tractamus, celeriter reminiscimur. Vt enim natura hoc est post illud, ita & operatione, ipsum autem multotiens naturam efficit.

Eius autem quod ab eodem aliquando quidem memnisse, aliquando autem non, causa est, quia contingit ad plus motum esse ab eodem principio, vt ab ipso c in z, aut in d. Si igitur non per antiquum mouetur, in id quod consuetus est mouetur, tanquam enim natura iam consuetudo est. Vnde qua multotiens intelligimus, cito reminiscimur. Sicut enim natura hoc post hoc est, sic & operatione, id quod hoc multotiens naturam facit.

Assignat causam defectus, qua reminiscens patitur. Et primo quantum ad hoc, qd omnino non reminiscimur, secundo quantum ad hoc qd corrupte reminiscimur, ibi qd Quoniam autem. Dicit ergo primo, qd ideo ab eodem principi-

um aliquid querit, in & veniens reminiscetur, si in c aut e inquiris. Si autem non in a & sic semper. A B G D E Z S T. Oportet reminiscere ab antiquo moueri in eodem modo.

Manifestat quod oportet reminiscens a principio incipere. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum, secundo assignat causam defectus, quem quandoq; patimur in reminiscendo. ibi qd Eius autem quod ab eodem. Circa primum duo facit. Primo ostendit qd oportet reminiscens incipere a principio, secundo a quali principio, ibi qd Videtur autem. Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Et dicit, qd oportet, eum qui vult reminisci, accipere principium, a quo incipit moueri, vel cogitando, vel loquendo, vel aliud faciendo. Secundo ibi, Quapropter a locis videntur reminisci aliquando. Propter quod a locis videntur reminisci aliquando. Manifestat quod dixit per signum. Quia, n. oportet reminiscens aliquod principium accipere, vnde incipiat procedere ad reminiscendum, inde est qd aliquando homines videntur reminisci a locis, in quibus aliqua sunt dicta, vel facta, vel cogitata, vt res loco quasi quodam principio ad reminiscendum: quia accessus ad locum est principium quoddam eorum omnium, que in loco aguntur. Vnde & Tullius in sua Rhetorica docet, qd ad facile memorandum oportet imaginari quadam loca ordinata, quibus phantasmata eorum, qua memorari volumus quodam ordine distribuuntur. Tertio ibi.

N. LEON. Oportet reminiscens a principio incipere.

N. LEON. Locis memore videntur.

Tullia Rhetorica.

N. LEON. Huius autem rei causa, quonia celeriter ab alio ad aliud transit, vt ex lacte ad album, ex albo ad aerem, ex hoc ad humidum, a quo postmodum autumni reminiscitur, id quarens anni tempus.

Causa autem est, quia velociter ab alio in aliud veniunt: vt a lacte in album, ab albo autem in aerem, & ab hoc in humidum, a quo meminit autumni is, qui hoc tempus inquirebat.

Manifestat propositum per causam dicens, qd causa qua re oportet reminiscens accipere principium, est, quia homines de facili per mentis quanda euagationem de vno veniunt in aliud ratione similitudinis, aut contrarietatis, aut propinquitatis: sicut si cogitemus vel loquamur de lacte, de facili peruenimus in album propter lactis albedinem, & de albo in aerem propter claritatem diaphani, que causat albedinem: & ab aere in humidum, quia aer est humidus, ab humido autem peruenitur ad reminiscendum temporis autumnalis, quod querebat ratione contrarietatis: quia hoc tempus est frigidum & siccum. Deinde cum dicit.

N. LEON. Simile autem est vniuersale principium & medium omnium: nam si non prius, saltem cum ad id peruenit memorabit, ut vel neq; amplius, neq; aliunde. Vt si quis considerauerit in quibus A B C D E Z S T. si enim non ipsius h. meminerit, in ipso certe e. h. memoratus est: hinc enim ad ambo moueri contingit, & ad d & ad e. si autem nihil horum querit, ad ipsam c. deueniens memorabitur, siue c siue f. querit: si vero non, ad ipsam a, & hoc semper modo.

Videtur autem vniuersale principium & medium omnium. si n. non prius, cu in hoc veniat reminiscetur: aut non ia neq; aliunde: vt si quis intellexit in quibus A B C D E Z S T. si enim non in e reminiscitur, in t meminit. Hinc enim ad ambo motum esse contingit & in a & in e. si vero non ho-

Oportet reminiscere ab antiquo moueri in eodem modo.

Consuetudo enim naturae dicitur.

N. LEON.

principio accepto quandoq; homines reminiscuntur, & quandoque non: quia contingit qd ab eodem principio a quo mouetur aliquis ad diuersa, pluries mouetur ad vnu qd ad aliud: puta si ab ipso G moueatur in E & in D pluries in vnum qd in aliud. Vnde eo accepto de facili reminiscitur eius, in quod pluries confueuit moueri. Si vero non moueatur per antiquum, i. per id, per qd magis confueuit moueri, mouetur minus confueite. & ideo non de facili reminiscitur, quia consuetudo est quasi quedam natura. Vnde sic ea, quae sunt naturaliter de facili sunt reparantur, in quantum, si res cito redeunt ad suam naturam propter naturae inclinationem, vt patet in aqua calefacta quae cito redit ad frigiditatem, ita etiam ea, quae multotiens confueuimus, de facili reminiscimur propter inclinationem consuetudinis. Quod autem consuetudo sit sicut natura, manifestat per hoc, qd sicut in natura quida sit ordo, quo hoc post hoc sit, ita etiam qn multae operationes per ordinem se consequuntur, faciunt quandam naturam. & hoc praecipue contingit in operationibus animalium, in quorum principiis aliquid est imprimens, & aliquid impressionem recipiens, sicut imaginatio recipit impressionem sensus. Et ideo quae frequenter vidimus vel audiuimus magis in imaginatione firmanur per modum cuiusdam naturae, sicut etiam multiplicatio impressionis agentis naturalis producit ad formam, quae est natura rei. Deinde cum dicit.

Quoniam autem vt in his, quae natura constant sit & quod praeter naturam & fortuito, ita in his, quae consuetudine constant fuerit magis, quibus non similiter inest natura. Quapropter ibi & aliter interdum moueri continget, praesertim cu abduxerit inde huc, & hanc ob causam, cum opus fuerit nomini reminisci, similis quidem meminimus. in illo autem solacisimum facimus. Reminiscendi igitur actio hoc se habet modo.

Quoniam autem sicut in his, quae sunt natura, sit aliquid & extra naturam, & a fortuna, adhuc magis in his, quae per consuetudinem sunt: quibus natura non similiter inest. Quare mouetur aliquando & illuc, & aliter cum re trabatur alio quouis. Et propter hoc, cum indigeat nomen reminisci, dissimile quo scimus, in illud solo erramus. Reminisci igitur hoc accidit modo.

Ostendit causam quare quandoq; corrupte reminiscimur. Et dicit qd sicut in his, quae sunt fm naturam contingit aliquid quod est extra naturam, quod est a fortuna vel casu, sicut monstratur in partibus animalium, multo magis contingit aliquid inordinatum & praeter intentionem in his, quae sunt fm consuetudinem, quae & si imitetur naturam, deficit tm a firmitate ipsius. Et ideo etiam ibi, i. in his, quae per consuetudinem reminiscimur contingit reminisci aliter & aliter: & hoc accidit propter aliquod impedimentum, puta cum aliquis retrahitur inde, i. a consue to cursu ad quocunq; aliud vt patet in his, qui memoriter aliquid dicunt, quorum imaginatio si ad aliud distrahat, perdunt qd dicere debent, vel dicunt corrupte: & propter hoc, cu aliquis indigeat reminisci aliquod nome vel aliquem sermonem, facimus circa alium sermonem dissimiliter ab eo, quod scimus. Vltimo autem epilogat, qd reminisci accidit secundum modum praemissum.

LECTIO VII. Memoria ac reminiscencia tempus ipsum quomodo respicere habeant.

Quod autem praecipuum est, ipsum cognoscere oportet tempus aut mensurate, aut indefinite.

N. LEON.

Maxime autem oportet cognoscere tempus, aut mensurate, aut indefinite.

Postquam philosophus manifestauit modum reminiscendi ex parte rerum reminiscendarum, hoc determinat modum reminiscendi ex parte temporis. Et primo proponit quod intendit, secundo manifestat propositum. ibi qd Est autem aliquid. Dicit ergo primo, qd in reminiscendo oportet maxime cognoscere tempus, praeteritum, quod concernit memoriam, cuius inquisitio quaedam est reminiscencia. tempus autem praeteritum cognoscitur a reminiscente quandoq; quidem sub certa mensura, puta cum scit se hoc sensisse: quandoq; ante tres dies, quandoq; autem infinite, i. indeterminate, puta si recordetur se aliquando hoc sensisse. Deinde cum dicit.

Est autem quiddam, quod diiudicat maius & minus, rationale autem est sicut magnitudinem. intelligit autem quae magna sunt, & quae procul, non quod eo notionem extendat, quemadmodum visionem quidam asserunt. etenim cum non sunt similiter intelligit: sed rationem quandam mouebit in ipsa. n. similes sunt figurae & motiones.

Est autem aliquid quo iudicat maius & minus. Rationabile autem, sicut & magnitudines. intelligit enim magnas & procul, non extendendo illuc intelligentiam: sicut visum dicunt quidam. Et nanque cum non sint, similiter intelligit, sed proportionali motu. Sunt enim in ipsa similes figurae & motus.

Manifestat propositum. Et primo ostendit quomodo anima cognoscat mensuram temporis, secundo manifestat principale propositum, scilicet cognoscere tempus necessarium est reminiscendi. ibi qd Cum igitur rei. Et circa primum duo facit. Primo manifestat propositum, secundo mouet quaedam questionem. ibi qd Quomodo, n. differt. Dicit ergo primo, qd aliquid est in anima, quo iudicat maiore & minorem mensuram temporis. Et hoc rationale est esse circa tempus, sicut & circa magnitudines corporales quas quidem intelligit anima, & magnas quidem, quantum ad quantitatem corporum visorum, & procul, quantum ad quantitatem distantiae localis, cui proportionatur quantitas temporis, quae accipitur fm distantiam a praesenti nunc. Huiusmodi autem magnitudines cognoscit anima non extendendo ibi intelligentiam, quasi anima cognoscat magnitudinem, contingendo eas fm intellectus quod videtur dicere propter Platonem, vt patet in Primo de Anima. & per hunc etiam modum quidam dicunt visum fieri per hoc qd radius visualis pertransit totam distantiam vsque ad rem visam, vt dictum est in Libro de Sensu & Sensato. Sed non potest esse qd magnitudines cognoscantur ab anima per contactum intelligentiae, quia sic no posset anima intelligere nisi magnitudines existentes: nuc autem videmus qd intelligit magnitudines quae non sunt. Nihil n. prohibet animam intelligere quantitatem duplae quantitatis caeli. Non ergo cognoscit anima magnitudinē rei se coextendendo, sed per hoc, qd quidam motus a re sensibili reuolutus in anima, est proportionalis magnitudi ni exteriori. Sunt, n. in anima quaedam formae & motus similes rebus, per quas res cognoscit. Deinde cu dicit.

Quo nam igitur differt quando maiora intelliget? Quo enim differt cum maiores intelligat.

Determinat quaedam questionem circa praemissa. Et circa hoc tria facit. Primo proponit questionem, secundo soluit. ibi qd Aut quia. Tertio solutionem exemplificat in literis. ibi qd Sicut igitur. Querit ergo primo, cum anima per similitudinem magnitudinis qua habet magnitudinē cognoscat, in quo differt illud, quo cognoscit maiorem.

Manifestat quod dixit per signum. Quia, n. oportet reminiscens aliquod principium accipere, vnde incipiat procedere ad reminiscendum, inde est qd aliquando homines videntur reminisci a locis, in quibus aliqua sunt dicta, vel facta, vel cogitata, vt res loco quasi quodam principio ad reminiscendum: quia accessus ad locum est principium quoddam eorum omnium, que in loco aguntur. Vnde & Tullius in sua Rhetorica docet, qd ad facile memorandum oportet imaginari quadam loca ordinata, quibus phantasmata eorum, qua memorari volumus quodam ordine distribuuntur. Tertio ibi.

Manifestat quod dixit per signum. Quia, n. oportet reminiscens aliquod principium accipere, vnde incipiat procedere ad reminiscendum, inde est qd aliquando homines videntur reminisci a locis, in quibus aliqua sunt dicta, vel facta, vel cogitata, vt res loco quasi quodam principio ad reminiscendum: quia accessus ad locum est principium quoddam eorum omnium, que in loco aguntur. Vnde & Tullius in sua Rhetorica docet, qd ad facile memorandum oportet imaginari quadam loca ordinata, quibus phantasmata eorum, qua memorari volumus quodam ordine distribuuntur. Tertio ibi.

N. LEON.



N. LEON.

rem & minorem magnitudinem? Videtur enim non habere differentem similitudinem, eo quod non differunt specie. Deinde cum dicitur.

*An quod illa intelligit minora. Omnia enim, que intus sunt, minora ut proportione ad ea que extra sunt. Licet autem fortasse, sicut in formis proportione accipere, sed in ipso, ita in ipsis distantis.*

*Autem illa intelligit que minora. Omnia enim, que intus sunt minora, & proportionaliter & que extra. Est autem forte sicut & speciebus & proportionale accipere. Sed in ipso, sic & distantis.*

Solutio questionem. Et dicitur quod anima vel per similem figuram siue formam intelligit minora, i. minorem quantitatem, sicut & per formam similem cognoscit maiorem magnitudinem. Formae enim & motus interiores proportionaliter correspondent magnitudinibus exterioribus. & forte ita est de magnitudinibus siue distantis locorum & temporum, sicut de speciebus re. Vnde, sicut in ipso cognoscuntur sunt diuersa similitudines & motus, proportionaliter respondentes diuersis speciebus rerum, puta equo & boui, ita etiam & diuersis quantitibus. Deinde cum dicitur.

N. LEON.


*Quemadmodum igitur si AB, BE mouetur, facit AD. proportionem enim sibi respondentem AC, & CD, cur igitur potius CD, quam FG facit. An quemadmodum AC ad ipsam AB se habet, ita ipsum H ad M se habet. Has igitur simul mouetur. Si autem FG voluerit intelligere, ipsam BE similiter intelligit. Loco autem ipsius HI, KL intelligit: hac enim ita se habent quemadmodum EA ad BA.*

*Sic igitur si secundum AB, BE mouetur, facit AD: proportionale enim est AB, & CD. Quid ergo magis CD, quam FG facit? Aut sicut AC ad AB se habet, sic K ad T se habet. Secundum has igitur simul mouetur. Si vero secundum AC velit intelligere, ei quidem qua BE similiter intelligit. Sed pro K, KL, intelligit. Hac enim se habent sicut EA ad BA.*

Manifestat huiusmodi diuersam proportionem per exemplum in literis. Ad cuius euidenciam considerandum est quod quia supra dixit in intelligentia esse similes figuras & motus proportionales rebus, videtur hic gratia exempli similitudine figurarum, sicut Geometrae vtuntur: apud quos figurae similes dicuntur, quarum latera sunt proportionabilia & anguli aequales, vt patet in 6. Euclidis. Describitur ergo triangulus bae, cuius basis sit be. Deinde à puncto g signato in latere ba, ducatur linea aequae distantis à basi vlque ad aliud latens, quae fit g d, & similiter in triangulo g ad, producatut linea eque distantis à basi. est autem demonstratum in Primo Euclidis quod linea recta, cadens super duas aequae distantes facit angulos oppositos aequales. Angulos ergo a g d est aequalis angulo a e b, & angulus a d g est aequalis angulo a e b: angulus autem a est communis: ergo tres anguli trianguli a g d sunt aequales angulis trianguli bae: ergo linea, quae subtenduntur aequalibus angulis, sunt proportionales secundum quartam proportionem 6. Euclidis, ergo proportio, quae est ab a b, ad a g, eadē est proportio b e ad g d, ergo permutatim, quae est proportio a b ad b e eadem est proportio a g ad g d, & sic duo trianguli praedicti sunt figurae similes. Per lineam vero a b & partes eius, intelligitur motus animae, quibus anima cognoscit. Per lineas autem b e g d & i quae sunt bases triangulorum intelliguntur diuersae quantitantes, magnitudine & paritate differentes. Concludit ergo exemplificando quod, si anima per motum a b, mouetur ad cognoscendum quantitatem b e faciet etiam iste motus per

aliquid sui cognosci quantitatem g d, quia motus a g, qui continetur in a b, & magnitudo g d, in eadem proportione se habet, in qua motus a b, & magnitudo b e. Sed tunc redibit quæstio, quæ supra mota est, cum plus requiratur ad cognoscendum quantitatem g d, quæ est maior quam ad cognoscendum quantitatem a b, quæ est minor. Et vt hoc expressius videri possit, accipit motus vt distinctos quorum vnus non contineatur in altero. fit ergo vna linea k m, & diuidatur in puncto t tali ratione, vt eadem sit proportio k t, ad t m, quæ est lineæ a g, secundum quæ cognoscitur quantitas g d ad lineam a b, secundum quam cognoscitur b e. sic ergo simul mouetur f m hos motus: quia sicut f m motus a g cognoscitur quantitas g d, ita secundum motum k t. Et hinc f m motum a b cognoscitur quantitas b e, ita f m motum t m. Si vero aliquis velit f m motum a z, cognoscere quantitatem z i, oportebit quod subtrahatur ab a g hoc quod est g z, sicut ei addebatur g b ad cognoscendum quantitatem b e. Sed, si volumus accipere motus distinctos, oportebit accipere loco duorum motuum k t & t m, loco cuius ponit t e, ita quod est e & m. Inscrībantur eidem puncto alij duo motus: quorum vnus sit k l, & alius l m, ita quod linea k m diuidatur in puncto l, & ob hanc rationem, vt sit proportio k l, ad l m sicut proportio a z, ad a b. Vnde sicut per motum l m cognoscet quantitatem b e, ita per modum k l cognoscet z i. Quod quidem sic demonstratur. Deinde cum dicitur.

Figura, rerum ac temporis proportionem in Memoria & Reminiscentia describens.



*Quando igitur simul rei & temporis fiet motus, tunc memoria quispiam operatur. si autem istuc non agens existimauerit, meminisse se existimat: nihil enim prohibet quæpiam decipi, & sibi videri cum nihil meminerit: Memoria autem operantem, non existimare, sed latere se recordari, haud sanè contingit: hoc enim est ipsum meminisse. Quod si rei fiat motus sine illo, qui est temporis, aut hic absque illo, non sanè meminit.*

*Cum igitur rei, simul fiat motus & temporis, tunc memoria agit. Si autem putet non faciens memorari se putat: nihil enim prohibet mentiri, quemadmodum & videri memorari non memorantem. Agentem autem memoriam non putare, sed latere, memoratum non est. hoc enim erat ipsum memorari. Sed, si motus rei fiat sine eo qui temporis, aut hic sine illo, non reminiscitur.*

Manifestat principale propositum. Et primo ostendit quod reminiscendum oportet cognoscere tempus, secundo manifestat duplicem modum cognoscendi tempus. ibi { Qui vero

vero est temporis. } Dicit ergo primo quod, quando in anima simul occurrit motus rei memoranda, & temporis praeteriti, tunc est memoria actus. Si vero aliquis putet ita se habere: & non ita fiat in memoria, quia vel deest motus rei, vel motus temporis, non est memoria, sicut cum alicui videtur quod in memore insit mendacium, sicut cum alicui videtur quod memoretur & non memoratur: quia occurrit ei tempus praeteritum, sed non res quam vidit, sed alia loco eius. Et quandoquod aliquis memoratur & non putat se memorari: sed latet ipsum: quia, si non occurrit ei tempus, sed res, quia vt supra dictum est, hoc est memorari: phantasmata intendere alicuius rei: prout est imago prius apprehensi. Vnde, si motus rei fiat sine motu temporis, aut e conuerso, non reminiscitur. Deinde cum dicitur.

N. LEON.

*Is autem qui est temporis duplex est: modo enim mensura non meminit, veluti quod nudius tertius, sed certe quod olim fecit: aliquando autem & mensura, verum meminit etiam quamuis non mensura. dicere enim solent quod meminerrunt quidem, sed quando, nesciunt: cum istuc ipsum quando commensurata a quantitate non cognouerint.*

*Qui vero est temporis, duplex est. Aliquando quidem enim mensura non meminit ipsum, vt quia tertia die, quod tamen aliquando fecit. Aliquando autem & mensura. Sed memoratur, quamuis non mensura. Consueuerunt enim dicere quoniam memorantur quidem, quando tamen nesciunt, cum ipsius quando, non cognoscant quantitatem metro.*

Ostendit diuersum modum, quo reminiscetes cognoscunt tempus. Quandoque enim aliquis recordatur tempus non quidem sub certa mensura, puta quod tertia die fecerit aliquid, sed quod aliquando fecit. Quandoque autem recordatur sub mensura temporis praeteriti, quamuis non sub certa mensura. Consueuerunt enim homines dicere quod recordantur quidem alicuius rei, vt praeteriti, sed nesciunt quoniam fuerit, quia nesciunt temporis metrum, i. mensuram: & hoc contingit propter debilem impressionem, sicut contingit in his quae videtur à remotis, quae indeterminate cognoscuntur.

LECTIO VIII.

Reminiscentiae ac memoriae alia differentia, ex qua illam passionem esse corpoream multipliciter ostenditur.

N. LEON.

*Quid igitur non idem memoria valeant, & bene reminiscetes sint, dictum est prius. Memoria autem & reminiscencia non solum tempore differunt, verum etiam quia memoria quidem complura aliorum animalium participare videntur, reminiscencia autem nullum sanè ex cognitis animalibus (vt ita dicatur) praeter hominem. Huius autem causa, quoniam reminiscencia tanquam ratio quaedam est: quod enim ante audivit, vel vidit, vel quippiam huiusmodi passus sit, is qui reminiscitur ratiocinatur: hoc veluti quæsitum est quoddam, id autem solis ijs contingit, quibus à natura consultandi inest facultas. Porro consultatio ratiocinatio quaedam est.*

*Quod quidem igitur non idem sunt memoratiui & reminiscitiui, in prioribus dictum est. Differt autem memorari à reminisci non solum secundum tempus: sed quoniam ipso quidem memorari & aliorum animalium participat multa, sed reminisci nullum, (vt est dicere) eorum, quae cognoscuntur animalium, nisi homo. Causa autem: quia reminisci est vt syllogismus quidam. Quod non prius aut vidit, aut audivit, aut aliquid huiusmodi passus fuit, syllogizat reminiscens: & est vt inquisitio quaedam. Hoc autem quibus & deliberatiuum inest natura, solum*

*accidit. & nanque deliberare syllogismus quidam est.* Postquam philosophus ostendit modum reminiscendi, nunc ostendit differentiam memoriae & reminiscenciae. Innuit autem tres differentias, quarum prima est ex aptitudine vtunque. Dicitur enim supra quod non idem homines sunt bene memoratiui & reminiscitiui. Secunda autem differentia est ex parte temporis, quia, si reminiscencia, cum sit via ad memoriam, tempore ipsam praecedat vt ex praedictis patet. Tertia differentia est ex parte subiecti in quo vtunq; eorum inueniri potest, quia hoc quod est memorari, multa alia animalia participant praeter hominem, vt etiam supra dictum est: sed nullum animal, quod à nobis cognoscatur, reminiscitur, nisi homo. quod quidem dicit, quia apud quosdam dubium fuit, an aliquod animal esset rationale praeter hominem. Causa autem quare soli homini conuenit reminisci, est quia reminiscencia habet similitudinem cuiusdam syllogismi: quare, sicut in syllogismo peruenitur ad conclusionem ex aliquibus principijs, ita etiam in reminiscendo aliquis quodam modo syllogizat se prius aliquid vidisse, aut audivisse, aut aliquo alio modo percepisse, ex quodam principio in hoc deueniens: & reminiscencia est quasi quaedam inquisitio: quia non à casu reminiscens ab vno in aliud sed cum intentione deueniendi in memoriam alicuius procedit. Hoc autem scilicet quod aliquis inquirat in aliud peruenire, solus illis accidit, quibus inest naturalis virtus ad deliberandum: quia etiam deliberatio fit per modum cuiusdam syllogismi. deliberatio autem solis hominibus competit: caetera vero animalia non ex deliberatione, sed ex quodam naturali instinctu operantur. Deinde cum dicitur.

*Quod autem istuc corporea quaedam sit passio, & in eius modi sanè affectate reminiscencia sit inquisitio, id sanè declaratur quod plerique commouentur cum reminisci nequeunt: & licet cogitationem valde inhibere, & non amplius reminisci contendat, nihilominus: quod potissimum melancholicis accidit. Hos sanè affectate excitant maxime.*

*Quod autem corporea quaedam sit passio & inquisitio in tali phantasmatis, sit reminiscencia, signum est luxuriari quosdam cum non possunt reminisci, & valde adhibentes intelligentiam quamuis à cogitando desistant, nec amplius conentur reminisci, nihilo tamen minus molestia quaedam conficit. Id quod accidit maxime melancholicis. Hos enim phantasmata mouent maxime.*

Ostendit qualis passio sit reminiscencia. Quia enim dixerat quod reminiscencia est sicut syllogismus quidam: syllogizare autem est actus rationis, quæ non est actus corporeus cuiusdam, vt probatur secundo de Anima: potest autem cui videri quod reminiscencia non esset passio corporea, id est operatio exercitata per organum corporale. Philosophus autem ostendit contrarium. Et primo quod est per quoddam, quod accidit reminiscitibus, secundo per eos qui habent impedimentum reminiscenciae. ibi { Sunc autem & superiora. } Circa primum tria facit. Primo inducit accidens praedictum, secundo assignat causam praedicti accidentis. ibi { Causa autem eius. } Tertio manifestat per simile. ibi { Vnde & iræ & timores. } Dicit ergo primo quod signum huius quod reminiscencia sit quaedam corporea passio, siue existens inquisitio phantasmatis in tali, id est in aliquo particulari, vel in tali, id est in quodam organo corporeo est, quod cum quidam non possunt reminisci turbantur, id est quadam inquietudine sollicitantur, & valde apponunt mentem ad reminiscendum. Et si contingat quod iam de caetero non cogitur ad reminiscendum, quali celate

Ratio quare soli homini conuenit reminisci.

N. LEON.

Tex. 22.

Signum quare reminiscencia sit corporea passio.


MOI 2.

N. LEON.

Oportet reminiscendum cognoscere tempus.







Sape later. Quae autem ostreae...

Et enim oia genera piscium...

Probat Minorem per locum...

N. LEON. Ex ijs profecto manifestum est...

Quod igitur quidem somno...

Probat qd somnus & vigilia...

N. LEON. Porro sensus quodammodo...

Sensus autem modo quidem...

Ponit declarationem Minoris...

N. LEON. Quibus vero adest sensus...

Quibus vero inest sensus...

Probat mediū per duas rationes...

iu sunt, in eis est concupiscentia...

Huiusce autem rei signum est...

Signum autem quonia opus suum...

Ponit secundam rationem. Et est talis...

LECTIO III.

Cuiusnam sensus Somnus & Vigilia passio...

Quam autem ob causam dormiant...

Quare autem dormiant & vigilent...

Ostenso qd somnus & vigilia...

Quoniam autem nonnulla animalium...

Quoniam vero quaedam animalium...

N. LEON.

Signu quatuor...

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

Prima ratio...

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

nocato somno nam si huic quidem...

Probat qd somnus & vigilia...

Quonia autem singulis inest...

Quoniam autem inest unicuique...

Probat Minore dicens qd in...

Qua videt, & audit, & sentit...

Qua & quod videt, & audit...

Probat consequens duabus...

Et indicat certe & indicare...

Et indicat itaq; & potest...

inseparabilia sunt. Dicitur est...

Ponit secundam rationem...

Quamobrem omnibus inest...

Propter quod omnibus inest...

Infert corollarie qd somnus...

Si enim eo quod omnes...

Si enim in eo quod omnes...

Ponit secundam rationem...

Ex multis autem compertum...

Secunda ratio.


2. de anima...

N. LEON.

N. LEON.

Ratio quare...

N. LEON.



Sensum enim imbecillitas est anima defectus. Ad hunc etiam modum quaedam sunt amentie...

Morsus autem ex pluribus, quoniam non in sensu sine operatione esse, et non uti ipsi, somnus est, neque in non posse sentire.

Quia dixit quod somnus est vacatio sensui, ne crederet quis, quod ois vacatio esset somnus, hoc remouet dicens, quod non quia multipliciter accidit impotentia sensus...

LECTIO IIII

Somni ac Vigilie causa quedam enumerantur.

Quam vero ob causam accidat somnus: et qualis eiusmodi sit passio, dicendum est. Quoniam autem causarum complures sunt modi, namque...

Quoniam autem causas motus, et materia, et ratione causas esse dicimus. Quatenus quod somnus et vigilia sunt passiones sensus...

Quidem vero et sic. Et ista in duas. Primo dat causam finalem somni. In secunda, ibi Amplius et sic. Determinat causam materialem. In tertia parte determinat causam efficientem.

Ista in duas. Primo ostendit minorem, secundo maiore. ibi Media autem, prima in duas. Primo ponit minorem, secundo probat eadem. ibi Motus quidem et sic.

Principio igitur cum naturam alicuius gratia facere asserimus, istud autem bonum quiddam est.

Primum quidem igitur, quoniam naturam dicimus gratia huius facere: hoc autem bonum aliquod.

Determinat causam somni finalem. Et primo pramittit quandam suppositionem dicens. Quoniam natura facit quod facit propter aliquem finem, qui est bonum aliquod...

Quoniam autem motus, et actio in corporibus facta cum dormire, tum vigilare animalibus contingat...

Quieta vero omnibus, que nata sunt moueri, non possunt autem semper et continue cum voluptate moueri...

Ostendit finem somni spectantem ad esse aialis sic. Cui libet aiali non potest semper continue moueri cum voluptate, necessaria est aliquid quietis propter salutem eius...

Vigilia autem finis est, sentire enim et sapere omnibus est finis, que illorum alterutrum habent.

Vigilia vero finis, nam sentire et sapere, omnibus finis quibus inest alterutrum eorum.

Ostendit finem somni spectantem ad bene esse aialis, qui est exercere et excitare opera aialis sic vigilare, siue exercere opera vigilia est finis animalis...

Solutio obiectionum tacta.

N. LEON.

Qua sunt natura, si sunt propter finem.

N. LEON.

Finis somni ad esse animalis sit spectans.

N. LEON.

Finis somni ad bene esse spectans.

Optima

Optima namque ista ac finis autem optimum. Necessarium praterea est cuique animalium inesse somnum...

Optima enim haec: finis vero optimum. Amplius, necessarium unicuique animalium inesse somnum. Dico autem ex suppositione necessitatem...

Probat sic. Quod est optimum in vnoquoque est finis eius: sed sentire et sapere sunt optima eorum in quo sunt, ergo sunt finis...

Praterea quoniam motu, et actione in corporibus facta cum dormire, tum vigilare animalibus contingat...

Amplius autem, et quali motu et actione in corporibus facta, accidat vigilare et dormire animalibus...

Determinat de causa materiali somni. Et primo dat intentionem suam, ut patet, secundo pramittit quaedam suppositionem dicens...

Quod igitur sensus mixtum ab eadem animalium sit parte a qua motus exordium est in alijs prius est determinatum. Haec autem cum tripartita sunt loca...

Quod igitur sensus principium, sit ab eadem parte animalis, a qua quidem et motus, determinatum est prius in alijs. Ipsa vero est trium determinantium locorum...

Determinat intentionem tali ratione. Cor vel aliquid simile cordi est principium sensus: Sed somnus et vigilia primo et per se sunt circa principium sensus...

Causa materialis somni et vigiliae qua sit.

In veritatem, inter cerebrum et caput, quae sunt alia membra principalia: et haec pars in omnibus habentibus sanguinem est cor...

Motus igitur in initium quod spiritus sit principium, manifestum est: omnino refrigerationis origo inde est.

Motus quidem igitur et spiritus, manifestum quoniam principium, et omnino qui refrigerationis est hic.

Ostendit praeillas praedicti pro syllogismi. Et primo Minorem, scilicet cor est principium spiritus in habentibus sanguinem, sic. Cor est principium refrigerationis...

Et ipsi, que respirant, humoresque refrigerantur, ad salutem alius quod in hac parte est calidi, natura comparauit...

Et respirationem autem, et humidam refrigerationem ad salutem eius, qui est in hac particula caloris...

Declarat illud sic. Natura dedit animali respirationem, ut per aerem humidum inspiratum in frigidetur calor naturalis cordis...

Iis autem que sanguine carent, et insectis, et iis que non respirant, in proportionem illi correspondentem...

Non habentibus vero sanguinem, et insectis et non sapientibus spiritum in proportionali plantatus spiritus in flans et residens videtur.

Ostendit idem in non habentibus sanguinem dicens quod cum illis non sit respiratio per aliquod organum deputatum ad hoc...

Sed quoniam mouere quippiam, aut facere sine vi haudquaquam fieri posse videtur robur autem spiritus contentio efficit...

Quoniam autem mouere quidem, aut facere aliquid sine robore non est possibile. Vigore autem facit, spiritus de contentio. Et spirantibus quidem, que de foris, non respirantibus vero ea, que ingentia est.

Probat secundam partem minoris pro syllogismi, scilicet quod illud quod est simile cordi, est principium motus sensibilis sic. Si motus localis est a vigore et spiritus perseverantia...

Parua naturalia S. T. E 3 ergo

N. LEON.

Cur est principium spiritus.

N. LEON.

a.l. respiratione. a.l. refrigerantia.

Ad quid natura dedit animalium respirationem.


N. LEON.

a.l. exurgens. a.l. cotipensata.

N. LEON.







Amplius autem multo incidente nutrimento, quod calor subleuat: quemadmodum ignis, impositis lignis infrigidatur...

aequivalent, huic pars. Quemadmodum igitur humidum, quod evaporat a Solis caliditate, cum venerit ad supremum locum...

Soluit dicens, quod locus circa cerebrum est locus frigidissimus omnium locorum in animalibus habentibus cerebrum...

Excitantur autem quando fuerit concocta et euicerit quae compulsiva fuerat in angustum a circumstanti copiosa caliditas...

Expurgantur autem cum digestio facta fuerit: ubi multus ille calor, qui a frigore circumfusio, in angustum fuerat redactus obtinuerit...

Determinat causam efficientem vigiliae. Et primo ponit tres causas efficientes vigiliae. Prima est completio digestionis. Quando enim completa digestio est...

Est autem tenuissimus quidem sanguis et purissimus is qui est in capite...

Solutio 3.

M. LEON.

Omnis uerba...

M. LEON.

Cerebrum est frigidissimum omnium quae in corpore sunt.

qui in infernis est partibus. Uniuersi uero sanguinis origo est cor. Eorum autem qui in corde utriusque sunt sinus, communis est medius...

Est autem tenuissimus quidem sanguis et purissimus qui in capite, densissimus autem et turbidissimus qui in inferioribus partibus...

Manifestat hanc causam dicens quod tenuissimus et purissimus sanguis est ille, qui transmittitur ad nutrimentum capitis...

Quoniam autem post cibi assumptionem maxime indiscrctus est sanguis, ideo somnus efficitur, quo ad purior quidem secretus sursum...

Quia uero sit maxime sanguis post nutrimenti oblationem indiscrctus, somnus sit quoad secernatur sanguis, hoc quidem purissimum sursum...

Adaptat ad propositum dicens quod, quia sanguis cum offertur cordi et recipitur in medio thalamo est indiscrctus...

Quae igitur dormiendi sit causa explicatum est, quod videlicet corpulentia rei sursum a commoto calido antiperistasis adnatam ad primum sensiterium...

Quae igitur est causa dormiendi dictum est. Quia a corpulento, quod sursum fertur per ingentum calorem reciprocatione subito ad primum sensiterium...

Epilogat. Et primo in communi, et secundo in speciali. Et primo dicit quod somnus est reductio caloris naturalis a loco superiori ad locum, quod est cor...

bus vapor ferebatur sursum ad cerebrum per calorem proprium. Et sic tangit duplicem causam somni efficientem...

Non contingit esse animal nisi ea quae ipsum constitunt contigerint. salutis uero gratia, saluat enim requies.

Tangit causam finalem dicens, quod somnus est necessarius animali. Non enim potest animal esse nisi in fine sibi ea quae perficiantur...

ARISTOTELIS DE SOMNIS,

Cum Diui Thomae Aquinatis praeclearissima expositione.

LECTIO PRIMA.


Cuiusnam partis animae sit somnium: quod non esse sentientis simpliciter, nec opinantis, nec intelligentis...

OST hae autem de somnijs est pertractandum in primis, cui nam animae parti obuerferentur...

OST hoc autem quae uerum est de somnio. Et primo cui carum, quae animae passio hoc inesse videtur...

Determinato de somno, in hac parte determinare intendit de passione eius, quae est somnium. Et diuiditur in duas hae pars, in praeciamalem...

Quod si uisus opera est uisus, et auditus auditio, et omnino sensus ipsum sentire...



*Somnium est per se passio intellectus*

*si itaq; visus visus est visio, & auditus audire & omnino sensus sentire: communia autem sunt sensuum, velut figura, & motus, & magnitudo & alia huiusmodi: propria vero veluti color, somnus, sapor. Impotentia autem sunt omnia claudens oculos aut dormientia, videre. Similiter autem, & in reliquis manifestum quoniam nihil sentimus in somnis. Non ergo sensu somnium sentimus.*

Profr quous. Et primo ostendit qd somnium non est passio intellectus sic. In somno non operatur sensus nec sentius somnium percipit: igitur non est passio sensus. Huius rationis primo ponit declarationem medij dicens, qd cum actus cuiuslibet sensus fiat circa sensibile commune & proprium, & neq; illa sensibilia, neq; illa possunt apprehendere per somnium, tunc manifestum est qd in somnio non operatur sensus. Deinde cum dicit.

**N. LEON.**

*Sed profecto neque opinione, non enim solum quod accidit dicimus hominem esse vel equum, sed etiam album & pulchrum, quorum sane aliquid vere vel falso sine sensu opinio dicere non potest. Somnium autem tempore animam contingit hoc ipsum facere: nam eodem sane modo id quod accidit, quod homo et quod pulcher est, cernere conspicimur.*

*At vero neque opinione. Non enim solum adueniens dicimus hominem esse vel equum, sed & album vel pulchrum: quorum opinio sine sensu nihil vtiq; dicit neque vere neq; falsum. In somnis autem accidit animam hoc facere. Similiter enim quoniam homo est, & quoniam albus est, is qui adueniens, videmur nobis videre.*

**N. LEON.**

Probat qd non est per se passio intellectus sic, quia non solum apprehendimus in somniando intelligibile, sed etiam sensibile: ergo non est somnium per se passio intellectus. Et tunc ponit medium in speciali exemplo: & declarat dicens, qd non solum apprehendimus huiusmodi intelligibilia hominem & equum in somno, sed etiam huiusmodi album & nigrum, de quibus non potest intellectus iudicare, neq; vere, neq; false in sensu. Sed de his iudicium facit anima in somno. Similiter etiam apprehendit, qm ali quis est homo, & quod albus. Deinde cum dicit.

**N. LEON.**

*Quinetiam preter somnium, aliud etiam quiddam intelligimus, vt cum vigilando aliquid sentimus. De eo enim quod sentimus sapienter etiam aliquid cogitamus: ita et in somniis preter ipsa fantasmata alia plerumq; intelligimus. id autem perspicuum esse poterit, si quis mentem adhibeat & experectus meminisse contendat. iam vero nonnulli talia videntur somnia, qualia videntur illi facere qui ex memorandi preceptis propolitas collocant res: illis enim plerumq; accidere solet preter somnium aliud quippiam ob oculos loco ponere fantasia. Quapropter perspicuum est quoniam neque somnium est omne quod in somnis cernitur fantasia: et quoniam quod cogitamus id opinione opinamur.*

*Amplius preter somnium, aliud aliquid intelligimus, quemadmodum in vigilando sentientes aliquid, de eo enim quod sentimus, sape etiam intelligimus aliquid. Sic & in somniis, preter phantasmata, alia aliquando intelligimus. Videbitur autem alicui hoc, si quis adhibeat mentem, & tēzet memorare surgens. Iam vero quidem videntur somnia huiusmodi, velut qui videntur secundum memoratiuum preceptum ponere qua proponuntur. Accidit enim eis aliud quid preter somnium, ponere ante oculos in loco phantasma. Quare manifestum, quoniam neque somnium omne quod in somniis phantasma: & quoniam intelligimus qua opinione opinamur.*

Ostendit qd somnium non sit omnino sine intellectu sic. In somnio intelligitur aliquid preter somnium quod nobis apparet, sicut apparet in vigilado, qd cum nos senti-

mus aliquid, immediate post illud aliquid intelligimus. ergo somnium non sit sine intellectu. Huius rationis solum ponit medium: & tunc secundo ostendit ipsum dicens, qd manifeste apparebit somnium esse aliquid aliud intelligere phantasmatis sibi apparentibus, si surgens a somnio reducit ad memoria vigilans que somnauit. Multi enim vident huiusmodi somnia, in quibus operatur intellectus, sicut qui disponunt & inducant quid potest se qui ex his que apparent in somnio. Ponunt enim aliquid aliud illi ante oculos suos in loco phantasmatum apparentium: & aliud conueniens, quod intendant prosequi & fugere. Et h. d. ibi. {Videbitur autem.} secundo concludit qd non omne, de quo sit iudicium in somno, est somnium: & quod contingit intelligere in somno ea, que sola opinione percipi possunt. Et hoc dicit, ibi. {Quare manifestum & c.} Deinde cum dicit.

*Legit. d. dicit. 1. 13.*

*De omnibus autem ijs incantum est manifestum, quod eadem res, qua in morbis vigilantes decipimur, somni tempore eandem efficit passionem: cum sanis etiam, & probe noscentibus, pedalis tamen sol esse videatur. Caterum siue idem anime fantasmata, siue diuersum sit a sensitio, nihil minus nulla sit deceptio absq; videre quippiam & sentire: peruersa enim videre, & perperam audire, vere videntis quippiam est, & audientis, non illud autem quod arbitrat. Somnium vero tempore positum est nihil videre, aut audire, neque omnino quippiam sentire. An igitur nihil quidem videre verum est, nihil autem sensum pati, haudquaquam verum. Quinimmo visionem aliquid contingit pati, nec non alios etiam sensus. horum autem vnum quodque vt in vigilante, applicat quidem quodammodo se sensui, non autem eo applicat modo vt in vigilante. & aliquando quidem opinio asserit quod falsum est id, quod videtur, plerumq; autem fallitur, & fantasia consumitur. Quod igitur neque opinantis est, neque cogitantis ista passio, qua somnium vocamus, manifestum sane est, sed neque sentientis simpliciter: videre namq; esset, & audire simpliciter.*

**N. LEON.**

*Palam autem de his vniuersi in tantum: quoniam eodem quo vigilantes in egritudinibus decipiuntur, hoc idem in somno facit passionem. & sanis vero & scientibus, pedalis tamen sol videtur esse. Sed siue idem, siue diuersum phantasticum anime & sensituum, nihilominus non sit absque videre & sentire aliquid. Perperam enim videre & audire videntis vere aliquid, est & Audientis: nequaquam tamen id quod arbitrat. In somno autem positum est nos nihil videre, atque audire neq; omnino sentire. Singulorum autem horum in sensum quodammodo incurrit, perinde ac si vigilares, verum non eodem prorsus modo. Et quandoque quidem opinio dicit quod falsum quemadmodum in vigilans, quandoque vero detinetur, & sequitur phantasma. Quod quidem igitur non est opinantis neque intelligentis passio hanc, quam vocamus somnium, manifestum est. Sed neque sentientis simpliciter: videre enim vtiq; & audire simpliciter esset.*

Probat quod somnium non sit sine sensu sic. Eadem est deceptio, que fit in vigilando circa sensibilia, & que fit circa sensibilia in dormiendo, & eodem modo: sed talis deceptio non accidit nisi mediante sensu: ergo non sit somnium nisi mediante sensu. Huius rationis primo ponit Maiorem, & hoc ibi. {Palam autem.} secundo conclusionem qd non est sine sensu, siue virtus sensitua sit eadem cum phantasmate, siue non. Et hoc dicit, quia manifestum est somnium esse virtutis phantasmate passionem, tertio ponit Minorem. ibi. {In somno autem & c.} Et, quia aliquis diceret

*Somnium non sit sine sensu*

*Legit. d. dicit. 1. 13.*

diceret qd sensus non errat circa proprium obiectum. Minor falsa est. & ideo addit dicens, qd licet visus & auditus vera sint circa proprium obiectum, non tamen vera sunt circa omne illud, de quo iudicant. Possunt, n. errare circa sensibile commune, & per accidens: & hoc est videntis vere. Deinde probat qd somnium non sit sine sensu & intellectu coniunctim sic, Sensus & intellectus eodem modo patiuntur a somniis in dormiendo, quomodo patiuntur in vigilando: ergo somnium non sit sine intellectu & sensu. Huius rationis non ponit conclusionem, sed solum ponit primam partem medij cum declaratione, d. qd in somnio non sit sensus simpliciter, sed aliqua passio tm, cum sit in sensu quolibet, qd quilibet sensus eandem passionem recipit in dormiendo, qua recipit in vigilando, sed non eodem modo penitus: & hoc est in somno. Et tunc probat sed am parte dicens, qd sicut in vigilando intellectus aliquando dicit esse falsum, quod sensus dicit esse verum: aliquando sequitur sensum dicens, cum sentiat eodem modo: & hoc ibi. {Et quandoq; quedam.} Et nota qd accipit hoc opinionem pro intellectu. Deinde probat conclusionem dicitam. s. somnium non esse passionem intellectus neq; sensus: quia non sit sensus simpliciter in dormiendo, & hoc ibi. {Quod quidem.} Deinde cum dicit.

**N. LEON.**

*Verum quo id fiat modo persequendum est. Supponatur igitur, quod alioquin est manifestum, quod sensitui sit passio, quandoquidem & somnus. non enim in alia quidem animalium parte inest somnus, in alia vero somnia videre, sed in eadem. Quoniam autem de fantasia in commentarijs de Anima dictum est. & est quidem cum sensitio ut ipse fantasmatum esse autem aliud phantasticum est et sensitio. Est autem fantasia ea que a sensu actu facta est motio: somnium autem quiddam apparet esse fantasia. Quod enim in somniis cernitur fantasia, somnium appellamus, siue simpliciter: seu quodammodo fiat, manifestum profecto est, quod sensitui quidem est somnia videre, huius autem vt est phantasticum.*

*Sed qualiter & secundum quem modum, considerandū. Ponatur ergo (quod & manifestum est) quod & sensitui passio sit siquidem & somnus. Non enim alicui animalium inest somnus, alij vero alicui somniare, sed eodem. Quoniam vero de phantasia, in his que de Anima dicitur est: & est quidem idem sensitio phantasticum: esse autem sensitio & phantasticum alterum. Est autem fantasia, qui a sensu secundum actum, sit motus: somnium vero, fantasia quoddam videtur esse: nam quod in somno fantasia, somnium dicimus, siue simpliciter, siue quodammodo factum: manifestum quod sensitui quidem est somniare, huius autem secundum quod phantasticum.*

In hac parte ostendit cuius per se passio sit somnium. Et primo dat intentionem, secundo prosequitur. Primo ostendit qd est per se passio partis sensitivae sic. Circa idem sunt somnus & somnium: sed somnus est per se passio partis sensitivae: ergo & somnium. Primo ponit conclusionem. ibi. {Ponatur ergo.} secundo Minorem. ibi. {Siquidem & somnus.} tertio Maiorem. ibi. {Non enim.} Et nota qd non est sibi contrarius: quia prius, qm probauit qd somnium non est passio sensus, accipit sensum pro sensu fm actum, qui actus in somno ligatur hic aut probat qd somnium est passio sensitiva partis animae, que non solum comparatur sensui, sed imaginationi. Et ideo consequenter ostendit qd somnium est passio sensitiva, in quantum phantasmatis est, sic. Eadem virtus fm substantiam est sensus & phantasmatum, sed differunt fm esse: sed somnium est quoddam phantasma: ergo somnium est passio sensitiva in quantum phantasma est.

*Phantasia que non est motus*

tasma est. Huius rationis ponit Maiorem, & hoc. ibi. {Quoniam vero de fantasia.} Deinde ostendit ea per definitionem fantasia, secundo ponit Minorem cum sua declaratione, & hoc ibi. {Somnium vero.} tertio conclusionem: & hoc ibi. {Manifestum quidem & c.}

LECTIO II.

Passionem, que sit a sensibilibus in ipsis sensoris, etiam eis absentibus aliquo modo immanere.

**N. LEON.**

*Quid autem est somnium: & quomodo fiat modo, ex ijs qua somni tempore accidit maxime cognoscere poterimus. Sensilia enim per vnumquodq; sensitium in nos sensum efficiunt, ea autem que ab illis fit passio non solum operantibus sensibus sensitivis inest, sed etiam cum recesserint.*

*Quid autem est somnium, & quomodo fit ex his, qua circa somnum accidunt, maxime vtiq; speculabimur. Sensibilia enim secundum singulum sensitium in nobis efficiunt sensum. Et que fit ab eis passio, non solum inest sensitivis dum sensus agunt, sed & dum abierint.*


Ostendit cuius partis animae somnium per se passio sit, hic determinat de quidditate eius cum aliis proprietibus. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de somnio quid sit, & quomodo sit. In secunda determinat de diuisione somnij, ibi. {De definitione vero & c.} Prima pars diuiditur in duas, In prima determinat se somnio absolute, In secunda de somnio in comparatione ad nos ibi. {Iam vero quibusdam accidit & c.} Prima in duas. Primo dat intentionem, secundo prosequitur. ibi. {Sensitio enim.} Et ista in duas, quia somnium est apparitio simulacrorum in somno. In prima determinat omnes apparitiones simulacrorum, In secunda concludit cuius apparitio simulacri facit somnium, sed a ibi. {Si fantasia.} Prima in duas. Primo determinat de modo apparitionis simulacri sensibilis, In secunda determinat modum apparitionis simulacri intelligibilis. Et, quia omne simulacrum sensibile apparet simpliciter vigilando & simpliciter dormiendo, & in languedine, dormiendo & vigilando, ideo determinat motus simulacrorum in his: post, in secunda modos simulacrorum apparentium in languedine vigilando & dormiendo. ibi. {Ex his & c.} Prima in duas. Primo ostendit qd simulacra apparent in vigilando in absentia sensibilibus, sed o determinat qd huiusmodi apparitio esse depretra aliquando. ibi. {Ad hoc autem & c.} Prima in duas in principalem & incidentalem. ibi. {Quoniam vero & c.} Prima in duas. Primo ostendit suum intentum per rationes sumptas a simili, secundo per signa. ibi. {Palam autem.} Prima in duas. penes duo signa, scdm ibi. {Similiter autem & c.} secunda in duas. Primo probat illud per signa in visu, secundo per signa in aliis sensibus. ibi. {Fiunt autem.} Prima in quatuor partes scdm quatuor signa. secunda ibi. {Ab his & c.} In speciali sic procedit. Primo dat intentionem, & patet: secundo prosequitur probans primo hanc conclusionem, qd simulacra sensitiva non solum agunt in sensum & mouent ipsum in presentia sensibilibus, sed etiam in eorum absentia. Deinde cum dicit.

*Simulacra ee sicua non sunt agunt in sensum in presentia sensibilibus: sed etiam in absentia.*

*Similis enim ista videtur esse passio ijs, & his, que sunt lata. Huiusmodi namq; nihilominus mouentur quamquam motor illa amplius non attingit is enim aere commouit, qui iterum commotus aliam aere partem commouit: & hoc sane modo quoad consistat, cum in aere, tum in humore facit motum.*

**N. LEON.**

*Similis enim passio in his: & in his qua feruntur, videtur.*



tur esse. Etenim in latis, eo quod mouit non ulterius tangente, mouetur, nam quod motum fecit mouit aerem quendam, & rursus hic motus, alium. Et hoc itaq; modo, quousque quidem steterit, facit motum & in aere, & in humidis.

Probat hoc per duo signa, primum tale est, sicut in motu projectorum, proiecte quiete, ipsum proiectum nihilominus mouetur: nam primum mouens mouet aerem sibi continuum cum ipso proiecto, & ipse aer motus mouet alium aerem sibi continuum, & sic successiue quilibet pars aeris mouet aliam, donec cesset totus motus. & non solum accidit hoc in aere, sed in aqua, & in aliis humidis. Et eodem modo quiete sensibili extra vel absente, quod est primum mouens in sensu: nihilominus mouet motus in sensu, mediante simulacro derelicto. Huius rationis primo ponit conclusionem, & post medium. Secundo ibi.

N. LEON. Similiq; modo in alterationibus fieri existimandum est, quod enim a calido calefit, proximum calefacit, & ad initium usque deducit. Quamobrem in illo quod sentit, cum alteratio quadam sit is qui actu est sensus, id ipsum contingere necesse est, quapropter passio hac est non solum operatiuis sensiteris, sed etiam cessantibus, cum in profundo, tum superficietenus.

Similiter autem oportet opinari hoc & in alteratione. Nam quod calefactum est a calido, proximum calefacit: & hoc distribuit usque ad principium. Quare & in quo ipsum est sentire (quoniam est alteratio quadam qui secundum actum sensus) necesse est hoc accidere. Ideo passio est non solum in sensu, sed in profundo, quando est fortis & debilis. Primo ponit medium. Secundo conclusionem. Deinde cum dicit.

Secundum signum. Ponit secundum signum simile, sicut est in alteratione, quod primum alterat alterat sibi proximum, & illud sibi proximum, & sic successiue usque ad ultimum alterationis, quod est principium quietis; quia in ipso primo deficit virtus primi mouentis. Et, cum sensus sit quadam alteratio; sic erit in sensu, unde passio fit in organo sentiendi. Et hoc in profundo, quando est fortis & debilis. Primo ponit medium. Secundo conclusionem. Deinde cum dicit.

N. LEON. Manifestum autem id est cum continenter aliquid sentitur: nam licet sensum transferamus ea nihilominus comitatur passio, ut de Sole ad umbram. contingit nihil tunc ceruere ob motionem a lumine adhuc in oculis restantem.

Palam autem cum continue sentimus aliquid. Transferebantur enim sensum sequitur passio: velut de Sole ad tenebras. accidit enim nihil videre propter adhuc subsistentem motum in oculis a lumine.

Aliud signum. Ostendit idem per signa in visu, si transferat visum ad res alias, nihil videbit propter motum ipsius simulacri derelicti in visu, qui expellit aerem sibi proximum: & sic successiue usque ad ultimum generationis, quod est primum principium quietis; quia in ipso deficit primo virtus primi mouentis. Quis igitur sit sensus quadam alteratio, sic erit in sensu, quod quiete sensibili primo motu, adhuc sit motus in sensu, unde passio fit in organo sentiendi & motus simulacri in sensu expellunt motus minores: & hoc est signum quod simulacra manent in sensu in absentia sensibilium. Secundo ibi.

Quare simulacra manent in sensu per absentiam. Nec minus si ad colorem quempiam longo conspexerimus tempore, vel album, vel viridem, eiusmodi profecto apparet omne id, ad quod visum transferimus. Et si ad unum colorem multo tempore aspiciamus, aut album vel viridem: eiusmodi videtur ad quodcumque visum permutemus.

N. LEON. Et si ad unum colorem multo tempore aspiciamus, aut album vel viridem: eiusmodi videtur ad quodcumque visum permutemus.

Ponit secundum signum. Et est, si aliquis videat diu aliquem colorem vehementer immutatum, ut album aut ceruleum, deinde trasferat visum ad alios colores, omnes apparebunt esse talis coloris, qualis erat is, qui prius videbatur. Et hoc non est nisi propter simulacrum primi coloris mouens ipsum. Tertio ibi.

Similiq; modo ad Solem, aut aliud quippiam splendidum conspicientes si comuerimus apparet observantibus e regione qua visum ceruere contigerat, primo quidem isdem color, postea vero in puniceum conuertitur, tum in purpureum, quo ad nigrum perueniat colorem, & euanescat.

Et si ad Solem prospicientes, vel aliquod splendidum concluserimus, observantibus quidem videtur secundum directionem qua accidit, visum videre: primum quidem huiusmodi coloris donec permutatur in puniceum, deinde in purpureum, quousque in nigrum veniat colorem, & euanescat.

Ponit tertium signum, Et est quod, si aliquis videt aliquid lucidum, ut Solem, & subito claudat oculos, non aduertit visum, sed obseruando illud directe, primo apparebit ei color rei splendidae, deinde mutabitur in medios colores successiue donec veniat ad nigrum, & omnino euanescat. Et hoc non contingit nisi propter simulacra splendida derelicta in visu. Quarto ibi.

A re praeterea commota mutantur, ut a fluminibus, & ab ijs maxime, quae concitatissime fluunt, quae quiete uiuunt apparent moueri.

Et ab his quae mouentur, aut permutantur, velut a fluminibus, maxime autem ab his quae citissime fluunt. Videntur enim quiete uiuunt moueri.

Probat per quartum signum, Et est, quod si quis, velocissime fluens, ut flumen, respiciat: & deinde transferat visum ad res quietes, omnes apparebunt moueri. Et hoc non contingit nisi propter simulacrum motus manens in sensu. Quare haec omnia sunt signa quod simulacra manent in sensu in absentia sensibilium, & hoc dicit, ibi {Et ab his.} Deinde cum dicit.

Ab excellentibus quinetiam sonis surdastri homines reduntur: & a ualētibus odoribus, male odorātes: similiterq; in alijs. Et istae quidem hoc manifeste accidunt modo.

Fiunt autem & a magnis sonis obsurdescētes: sicut autem & a ualētib; odoribus difficile odorantes: atq; ita de similibus. Hec itaq; manifeste accidunt hoc modo.

Ostendit idem per signa in omnibus sensibus, dicens quod ab excellentibus sensibilibus corrumpuntur sensus omnes. Excellentes enim odores non odorantur. Et hoc non contingit nisi propter impressionem simulacrorum talium sensibilium factorum in sensu, quae non cessant agere in sensum donec corrumpant ipsum &c.

LECTIO III.

Sensum non semper pati sed agere quandoque ostenditur: quomodo item, & cur sensus ipse dereliquatur: manifestum sit.

Quod autem sensuaria celeriter paruas etiam sentiant differētijs, in dicio est id, quod in speculis fieri animaduertitur.

Quod autem sensuaria cito & modice differētijs sentiunt, signum est, quod in speculis accidunt.

Hic est pars incidentalis, in qua remouet duas dubitationes, & diuiditur in duas. In prima remouet eas, in secunda, quia fecit digressionem a proposito, rodit ad aliud ibi. Ad eam uero. Prima in duas. Primo remouet primam dubitationem, secundo secundam. ibi. De quo eadem. Et ista in duas. Primo reddit causam ex parte oculorum. In secunda ex parte speculi. ibi. Quomodo &c. Et

Secundum signum.

N. LEON.

Tertium signum.

N. LEON.

Quartum signum.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

Et

Et ista in duas. Primo ponit causam, secundo confirmat eam per simile. ibi {Attestantur autem.} Prima in duas. Primo ponit causam, secundo infert conclusionem super utrunq; dubitationem: & tunc sequitur illa pars. {Adhuc autem.} in qua ostendit quod apparitio huiusmodi simulacrorum est similitudo. Et diuiditur in duas. Primo ostendit quod decipiunt & quod non, secundo reddit causam utriusque. ibi {Causa uero.} Et ista in duas. Primo reddit causam, quare anima non decipitur per simulacra huiusmodi, secundo reddit causam quare decipitur. ibi {Necessē autem &c.} In speciali sic procedit. Quia ex dictis crederet aliquis, quod, si sensus retinet simulacrum rei sensibilis, ideo, si conuertat se ad aliud sensibile, non de facili recipit simulacra ipsius crederet etiam quod sensus non agit, sed solum patitur. ideo remouet hic utrunq;. Et primo primum dicens, quod sensus species sensibilium differentiū cito recipit, ut uidetur in speculo: quoniam non obstante simulacro prius recepto, statim recipit simulacrum alterius obiecti. & hoc est uerum si aliquid sensibile non fuerit excellentius. tunc enim impedit receptionem minoris. Et ideo dicit modice. Secundo ibi.

N. LEON. Quae de re secum considerans quispiam, perquirere sanē & ambigere posset. Et simul ex hoc erit manifestum, visum ut aliquid patitur, ita aliquid etiam agere.

De quo utiq; per se insistens considerabit quis, & dubitabit. Simul autem ex ipso manifestum, quoniam quemadmodum visus patitur, sic & facit aliquid.

Remouet secundum quod fit per lignum in speculo. Et est quod similiter aliquis posset super hoc adiuuari quod visus non solum patitur aliquid, sed aliquo modo agit. Deinde cum dicit.

N. LEON. Si enim in menstruorum profusuijs mulieres in nitida conspexerint specula summa eorum parti mabecla quasi cruenta imprimitur: quae si nouum fuerit speculum, haud leuis sanē negocio inde abstergitur, si uero antiquum, non adeo est difficile. causa autem, ut diximus, est quod non solum ab aere aliquid patitur visus, sed agit aliquid & mouet, quemadmodum alia splendida. Visus namq; de splendescētium ordine est, & colorem habentium.

In speculis enim ualde puris cum mensuris superuenientibus, mulieres inspiciant in speculum, sit superficies speculi sicut nubes sanguinea: & si quidem nouum sit speculum, non facile est abstergere huiusmodi maculam, si uero uetus, facile. Causa uero, ut diximus, quoniam non solum visus patitur aliquid ab aere, sed & facit aliquid & mouet, quemadmodum splendida. Nam visus splendidorum est & habentium colorem.

Ostendit hoc signum sic. Si mulier patiens menstruum inspiciat speculum, apparebit nubes sanguinea in superficie speculi: & si nouum sit speculum, non potest illa macula abstergi faciliter: & si uetus, faciliter. hoc autem est: quoniam visus non solum patitur ab aere deferenti speciem uisibilem, sed agit in aerem, & mouet ipsum, sicut alia splendida. Deinde cum dicit.

N. LEON. Oculi igitur rationabiliter afficiuntur, ut quaeuis alia corporis pars: & alioquin naturam uenularum sunt pleni. quamobrem excitis mensuris propter conturbationem & sanguineam ebullitionem, in nobis quidem, quae in oculis est differētia non apparet, quae tamen inest. eadem enim natura genitalis est seminis, quae mensuorum. aer autem ab illis mouetur, aeremq; speculo proximum & illi contiguous eadem afficit qualitate quali ipse affectus est, is autem speculi summam partem.

Oculi quidem igitur rationabiliter, cum fuerint menstrua,

afficiuntur, sicut & alia pars qualibet corporis. Etenim natura existunt pleni uenarum. Ideo cum sunt menstrua propter turbationem & ebullitionem sanguineam, nobis quidem, quae in oculis differētia, inrecreta est, inest autem. Nam eadem natura seminis, & mensuorum. Aer quaque mouetur ab ipsis: & eum, qui in speculis est aerem continentem existentem, qualem quendam facit, & talem uelut ipse patitur. hic uero speculi superficiem.

Dat causam huius signi. Et primo a parte oculorum, dicens, quod cum menstruo afficitur quaelibet pars mulieris, & maxime in oculo: quia pleni sunt uenarum, in quibus abundat feruor sanguineus in tempore menstrui, qui turbat dispositionem mulieris, & inficit totum oculum: quia eadem est natura seminis & mensuorum. Vnde sicut semine generatur ex superfluitate ultimi digesti, sic & menstruum: & ita est in mulieris oculo, & oculus infectus mouet aerem sibi contiguous, & ille alium successiue, usque ad aerem contiguous speculo: qui aer est infectus eum simili passione, qua inficitur oculus: & sic inficit superficiem speculi. Secundo ibi.

Quemadmodum uelimenta, quae maxime sunt nitida, celerime maculas contrahunt. Nitidum enim quicquid accipit accurate indicat, minimasq; in primis motum maculas: aere autem quoniam leue est, qualemcumque; maxime sentit contactum. Considerare autem oportet aeris contactum illum quasi attritum esse quendam, & abstersionem, & lotionem; ob puritatem uero quocumque fuerit, conspicua apparet. Cuius autem non celeriter a nouis exeat speculis cum nitor, tum leuitas in causa est, alte enim in eiusmodi sunt maculae, & quoquo uersus diffunduntur: propter puritatem quidem ad fundum, ob leuorem autem, quoquo uersus. in antiquis uero non praestat, quoniam non aequae penetrat macula, sed superficietenus magis. quod igitur a paruis motiones sunt differentijs: & quod uelox est sensus, quod hic non solum patitur colorum sensiterium sed contra etiam agit, ex ijs sanē manifestum est.

Quemadmodum enim uelium, quae maxime munda sunt citissime inquinantur. Nam purum diligenter monstrat quicquid exceperit, & praesertim minimos motus, est uero eo quod planum sit, qualemcumque; tactum maxime sentit. Oportet uero intelligere tanquam attractionem esse aeris tactum: & tanquam exstersionem & ablationem. propter munditiam uero manifestus sit qualiscumque sit. Non exundi uero celeriter ex nouis speculis causa est, quod purum sit & planum: serpit enim per huiusmodi in profundum, & in omnes partes, nam eo quidem quod purum est, in profundum, eo autem quod planum, in omnes partes. In ueteribus uero non immanet, quoniam non similiter subit macula, sed superficietenus magis. Quoniam quidem igitur & a paruis differentijs fiat motus: & quod celeres sunt sensus, & quod non solum patitur, sed contra agit colorum sensitimum, manifestum ex his.

Dat causam a parte speculi, & est munditia, puritas, & planities. Haec enim est natura mundi, quod ualde cito inquinatur: & si in quod recipit cito minimas coinquinationes (ut apparet in uestibus preciosis) sic. Palam est quod uel libet recipit quantitatem impressionis: sicut aere propter planitiam sui, ubique; sonat propter paruū tactum. Eodem modo intelligendum est acumen aeris contiguous ad speculum per quendam tactum. Ipsum autem speculum est tersum, & politum, & mundum. Vnde propter sui munditiam manifestat sui impressionem receptam ab aere, propter sui puritatem. In nouis speculis serpit in profundum propter planitiam, uelut in speculo recipitur.

Quare oculi mensurae inficiantur speculum.

N. LEON.

Quare speculum sic facilius inficiatur ab oculis mensuratis.

Universidad de Deusto

N. LEON.

pitur. Sed in veteribus propter defectum puritatis, parū manet huiusmodi impressio; eo q non subintrat speculum, sed in superficie solum; & ita non inficit speculū in quantum videns, sed in quantum inquinatum vel incomplexionatum vt in basilisco. & ideo sequitur q visus in quantum sentit, aliquid agat. Et, quia videns, radios emittit, huiusmodi infectio est naturalis inquinatio, vt patet. Deinde concludit principalem conclusionem: & primo partem primam. Et hoc ibi. { Quidem. } Secundo secundam cum dicit.

Testimonio autem ipsius que dicta sunt esse possunt cum ea, que venis accidunt & vnguentis, tum factitium oleum & vinum. Proximarum enim rerum celeriter odores recipiunt neque illorum modo que infecta, aut commista sunt, sed eorum etiam, que iuxta dolia reponuntur, aut adnascentur odores capiunt. Ad eam autem disquisitionem, que initio proposita fuit, vnum quidem supponatur, quod ex antecedenti est manifestum: quod scilicet abscedente externo sensu, sensibiles restant imagines.

At testantur autem bis que dicta sunt, & que circa vina, & que circa vnguenta eueniunt. Nam quod preparatum est oleum, & vinum cito accipit proximorum odores. & vina hoc ipsum patiuntur, non solum enim eorum, que immittuntur vel commiscuntur, sed eorum que prope vasa ponuntur vel nascuntur, recipiunt odores. Ad eam vero que ex principio est considerationem, ponatur vnum quidem quod ex his que dicta sunt, patet quod recedente sensu bili extrinsecus, immanent simulacra, que sensibilia sunt.

Confirmat causam, quam posuit per simile a parte speculi, dicens, q speculum distans ab oculo potest infici ab ipso mediante aere: sicut euenit in vino in vase aëneo, quod cito recipit corporū in eo existentiū saporis mediante aere: & etiam corporum proximorum, si cum eis miscantur. Et ex his patet q emissio radiorum sale m infectionem facit in speculo, & quia fecit digressionem, redit ad propositū, & repetit prius probata, scilicet simulacra manēt in sensu in absentia sensibiliū. Deinde cō dicit.

Præterea etiam quod facilius in perturbationibus verfantis facile in ipsis decipiuntur sensibus: in alijs vero alijs, vt formidolosis in metu, amator, in amore, vt ex parua plerunq; similitudine, illi quidem hostes cernere videatur, hinc vero rem amatam: & istuc ipsum quo quisq; perturbator fuerit, eo a minori apparet similitudinis nota. Eodemq; modo in ira, cupiditatibusq; omnibus facile decipiuntur omnes, eiq; magis quo in perturbationibus fuerint magis. Quamobrem febre laborantibus ex modica interdum similitudine linearum compositarū animalia in parietibus apparent: huiusmodiq; res interdum ita cum morbis intenduntur, vt nisi valde a morbo fuerint oppressi, illos non lateat, quod falsum est quod cernunt, quod si valentior fuerit morbus, ad illa etiam mouentur.

Adhuc autem, quod facilius decipiuntur circa sensus, cum in passionibus existimus, alij autem in alijs, veluti trepidus in timore: & qui amat, in amore ita vt videatur a modica similitudine, hinc quidem hostes videre, ille vero dilectum. Et hoc vtique; quanto patibilior quis fuerit, tanto a minori similitudine videtur. Eodem vero modo & in ira & in omnibus concupiscentiis facilius decipiuntur omnes: & magis quanto vtique in passionibus magis fuerint. Ideo & febri citantibus interdum animalia videntur in parietibus a modica similitudine linearum compositarum. Et hæc quidem aliquando intenduntur in passionibus, sic vt si vehementer non laborant, non lateat quoniam falsum, quod si maior sit passio, tunc mouetur ab ipsa.

R. de ad p. op. sic aut.

N. LEON.

Ostendit q apparitio in sensu deceptio est dicens q sensus decipitur per simulacra ei apparentia; & apparet q videat hostes; & similiter apparet amanti q videat que diligit: & quanto vehementior fuerit passio, tanto minor est similitudo. Vnde febricitantes credunt se videre animalia. Et aliquando in huiusmodi passionibus nō est vehemens passio: & differit talia simulacra apparentia. Et dicit esse falsum quod apparet. Deinde cum dicit.

Causa autem cur hæc ita eueniant est, quoniam non eadē potentia princeps iudicat pars, & ea in qua fantasia sunt. Inditio autem esse potest, quod Sol quidem pedalis apparet, sæpenumero autem aliud quiddam contra fantasiam reclamat: digitorum quietiam commutatione, vnum duo videtur: verumtamen non dicimus esse duo. certior enim factu est visus: quod si solus esset tactus, iudicaretur profecto vnum esse duo.

Causa vero, vt hæc accedant, hæc est: quia non secundū eandem potentiam iudicat, que princeps est: & in qua phantasmata sunt. Huius vero signum est, quoniam videtur Sol pedalis: contradiat autem aliud aliquid sæpe ad phantasmata. Et permutationem digitorum, vnum duo videtur: attamen non dicimus quoniam duo. certior. n. tactu visus. Si vero esset tactus solus, iudicaretur vnum duo.

Dat causam quare anima non decipitur, & dicit tandem q non est eadem virtus iudicandi intra, & apprehēdens fantasmata extra. Et ideo iudicium est contrarium illi quod apparet: sicut Sol apparet visui bipedalis, tñ ratio iudicat ipsum esse multo maiorem: & alijs propter paruitatem apparet vnum esse duo, & tamen ratio iudicat illud esse vnum. Deinde cum dicit.

Deceptionis autem causa est, quod non modo sensibili motu apparent que acinque videntur, sed ipso etiam sensu commoto: si quidem eodem modo moueatur quo a sensibili. Verbi gratia terra nauigantibus moueri videtur, cum ab alio visus moueatur.

Mentiendi autem causa, quoniam non solum cum sensibile mouetur, apparet quelibet, sed etiam cum sensus ipse moueatur, si eodem modo mouetur, quemadmodum & a sensibili. Dico autem veluti terra videtur nauigantibus moueri, dum mouetur visus ab alio.

Dat causam quare sensus decipitur, & est, quia non solum apparet species res sensibilis, sicut simulacra rei motæ mouent, sed etiam cum sensus ipse mouetur, vbi moueatur eodem modo quo mouetur a sensibili. Vnde motu oculo in naui omnia quiescentia videntur moueri. Et sic intelligitur q species rei dilectæ, manēs in sensu amantis, propterea fortiter amantis sensum mouet. Et similiter propter paruam similitudinem apparet, & similiter de alijs passionibus.

LECTIO III.

Motus, seu simulacra, que a sensibilibus fiunt non tamen in vigilia: sed etiam in somno apparere dicitur.

Ex ijs sanē manifestum est quod non solum vigilantibus adsunt motus et qui ab externis fiunt sensibilibus, & qui ab ipso sunt corpore, verumetiam cum ea sit passio, que vocatur somnus, tunc apparent magis. Interdiu. n. ab operatibus exturbantur sensibus & cogitatione, obscuranturq; vt exiguus ignis a magno, modicaq; messitis et voluptates ab immodicis: illis aut cessantibus parua tñ eminent: noctu vero propter partialium sensuum vacationem, et agēdi imbecillitatem, qm calidi ab extrinsecis ad intrinseca refluxus sit, ad sensus principij deferuntur sicutiq; manifesti cōposito tumultu.

Sensus decipitur per similes lora et apparet.

N. LEON.

Visus est dignior causa.

N. LEON.

Causa quare sensus decipitur.

N. LEON.

Impedimentum simulacrorum videtur.

Ex

Ex his itaque manifestum, quoniam non solum in vigilando motus a simulacris fiunt & que extrinsecus, et que in corpore sunt, sed etiam qm sit passio hec que vocatur somnus: et magis tunc apparet. Sub die. n. repelluntur, dum operatur sensus: & intelligentia & euanescent exterrimantur: quemadmodū iuxta magnū ignē minor, et tristitiz et oblectationes paruæ secus magnas. Dum vero quiescunt, & supernant & parua simulacra. Nocte vero propter vacationē particulariū sensuum: et impotentia agēdi, eo quod ab exterioribus ad id quod intrinsecus est, fiat calor reflexio, ad principium sensus deferuntur: & fiunt manifesta sedata turbatione.

Superius determinauit apparitionem simulacrorū in simplicitate vigilando, in hac parte determinat in simplicitate dormiendo. Et hæc pars in duas. Primo ostendit q simulacra magis apparent in dormiendo q in vigilando. In scda determinat modos & differentias huiusmodi apparitionis. ibi. { Oportet autē & c. } Prima in duas. Primo ostendit duos modos iudiciorū, sed ostendit qn contingit vnum iudicij, & qn aliud. ibi. { Quæ admodum ergo & c. } Prima in duas. In prima ponit duos modos iudiciorū. In scda cōfirmat eos per simile. ibi. { Quæ admodum vero diximus. } Prima in duas penes duos modos, & secunda ibi. { Quomodo autem & c. } In speciali ergo sic procedit. Primo repetit prædeterminata, & ponit conclusionem d. q ex dictis est manifestum, q nō solū mouent simulacra in vigilando, sed apparent in dormiendo: & hoc tā ab extraneientū q intrinsecus manentiū: sed et mouēt simulacra in somno magis, & tunc apparent magis q in vigilando. Et tūc ostendit hanc conclusionem sic. In die re pellitur motus simulacrorum propter motus maiores & excellentiores dum operantur sensus tam exteriores q interiores, nec operatur intellectus, sicut minor lux non apparet iuxta magnam. Sed in somno quiescunt maiores motus, eo q sensus est tunc impotens propter reflexionem calorū naturalis, sensum ministrantis ab exterioribus sensibilibus ad primum sensitiuū: & tunc dormiendo simulacra mouent ipsum. & ita apparet de alijs motibus. Et nota, q motus simulacri intus, minor est q motus simulacri ab extra: quia omnis motus a virtute sensitiua est per sensibile obiectū: & ideo quanto motus propinquior est sensibili, etiā tanto fortior est. Deinde cum dicit.

Existimare aut oportet ita singulas continuo fieri motiones vt paruas illas vertigines, que in fluminibus fiunt. q sepe numero quidē sunt similes, nonnunquā vero propter contrariū impulsū in alias dissoluntur figuras. Ac propterea post assumptos cibos, & infantibus nulla fiunt somnia: vehemens. n. est commotio ob eam, quæ ex alimento est caliditatem.

Oportet autem opinari tanquam modicas vertigines, que in fluminibus feruntur, sic motum vnumquemq; fieri continue: sæpe quidem similes, sepe vero dissolutas in alias figuras propter repulsionem. Ideo & post nutrimentum & omnino tenebris existentibus, veluti pueris, nō fiunt somnia: multus. n. motus est propter eā, quæ ex nutrimento est caliditas.

Ostendit quomodo apparent huiusmodi simulacra in somno, dicens, q sicut in fluminibus fiunt quædam imagines, que si non impediuntur rectæ sunt, si autem repercutiuntur ad aliquod obstaculum, sive ad alium fortiores motum dissolūtur, & transmutantur in alias figuras: eodem modo simulacra in somnis feruntur a proprijs organis sentiendū ad sensum cōem, vel integra manentia, & sub eiusdem figuris. Sed vel aliquando impediuntur & dissoluntur in alias figuras, si ad motus maiores repercutiuntur. Et tunc infert ex hoc q, c. statim factō

somno per nutrimentum, non fiunt somnia. Nec et pueris, apparent somnia propter vehementem motum simulacrorum. Et hoc est quod dicit. ibi. { Post nutrimentum. } Deinde cum dicit.

Quamobrem, vt in humore si quis vehementer agita uerit, interdum nullum apparet simulacrum, nonnunquam apparet id quidem, verum distortum omnino, vt aliud sanē quam quod est apparet: quiescente autem pure & perspicua apparent imagines, ita somni tempore fantasmata, motuumq; reliquis, que a sensibus accidunt, interdum quidem, cum vehementior sit antecedētus motus, delentur penitus: nonnunquam autem conturbata apparent visiones, & monstrificæ, & non constantia somnia, qualia melancholicorum sunt, & febricitantium, & temulentorum: omnes. n. huiusmodi passiones, cum sint spirituosæ, vehementer excitāt motum & conturbationē: sedato autē & secreto in sanguine in ijs que id habent animalibus, integer ab vnoquoq; sensu simulacrorum motus, tum constantia obicit somnia.

Vt quemadmodum in humido, si vehementer moueat quis, quandoq; nullum apparet idolum: quandoq; vero apparet quidem, distortū aut omnino, vt apparet alterius modī quā sit: quod si quiescat, pura & manifesta idola: sic & dormiendo fantasmata et reliqui motus, qui proueniunt a simulacris: interdum quidem, cum vehementior sit qui dicitur est motus, exterrimantur omnino. Interdum vero conturbata apparent visiones & monstruosæ & deteriora somnia: velut melancholicis, & febricitantibus, & vinolentis. Omnes enim huiusmodi passiones, cum spirituosæ sint, multum faciunt motum & turbationem. Sedato autem & discreto sanguine in habentibus sanguinē, conseruatus simulacrorū motus ab vnoquoq; sensuum amica facit somnia.

Complect intentionem suam, dicens, q sicut aqua, si fuerit vehemens mota nullum apparet idolum in ipsa: sed si parum moueatur, apparet idolum distortum & alterius figuræ quā esse debet: sed omnino sedata tunc apparet idola recta & manifesta, sic in dormiendo, quando vehemens est motus intrinsecus ex nutrimento, vel a passione aliqua, extinguitur motus simulacrorum, & non apparent omnino. Cum autē iste motus sedatus est, non tñ omnino apparent simulacra, sed distorta: & tunc fiunt somnia monstruosa & mala, vt in melancholicis & febricitantibus. Cum autē motus totaliter est sedatus, tunc tales euaporationes faciunt interius, & currunt motus simulacrorum sedato omnino tali intrinseco, sicut in sanis propter discretionem sanguinis puri ab impuro apparent simulacra recta: eo q impeditur motus ipsorum, & ideo faciunt somnia recta. Et hoc ibi. { Vt quemadmodum in humido. } Deinde cum dicit.

Tum apparere aliquid, et existimare facit: & ab ijs quidem que a visu deferuntur cernere videntur: ab illis vero que ab auditu, audire: similique modo ab alijs sensiterijs. Nam, quia inde motus ad principium est delatus, vigilantiter cernere videntur, & audire, & sentire. Quia autem visus interdum moueri videtur non motus vt diximus, & quia duo motus tactus annunciat vnum videtur duo. omnino enim quod est ab vnoquoque sensu affirmat principium, nisi aliud quippiam præstantius aduersetur. apparet igitur omnino, videtur autem non omnino id quod apparet, nisi id, quod indicat delineatur, aut proprio motu nō moueatur.

Et apparere aliquid & existimare, propter ea quæ quæ a visu deferuntur videre, propter ea vero, quæ ab auditu, audire: similiter autem ab alijs sensitiuis. Ex eo enim quod inde progreditur motus ad principium, putatur videre, et audi re, & sentire. Quia autē visus interdum moueri videtur, qui Parua naturalia S. T. F non


N. LEON.

ingratæ

Quare aliquæ do apparent somnia monstruosa et mala.

N. LEON.





ARISTOTELIS

DE DIVINATIONE PER SOMNVM.

Cum Diui Thomae Aquinatis praclarissima expositione.

LECTIO PRIMA.

Diuinationis causam dubiam esse dicitur, somnia item alia causas, alia signa, alia vero eorum quae sunt accidentia quod sine probatur: quod somnia item a Deo non mirantur, & cur aliqua denominantur somnia, aliqua vero non.

Diuinationem, quae per somnum fit, quae ab ipsis contingere dicitur somniis, neque facile est spernere, neque rursus illi omnino fidem praestare.

Diuinatione vero, quae in somnis fit, & dicitur accidere a somniis, neque contemnere idoneum, neque suaderi.

Determinato prius de somnio & quibusdam proprietatibus eius, hic determinat de quodam consequente ad somnum, scilicet diuinatione somni. Et est diuinatione alicuius futuri & absentis significati praecognitio, & ista pars in duas diuiditur. In prima ponit intentum. In secunda prosequitur de intento. ibi. Na quod omnes &c. Et ista in duas. Primo procedit opponendo, secundo determinando. ibi. Necessesse est &c. Prima in duas. In prima ostendit diuinationem per duas rationes, secundo arguit ad partem affirmatiuam quod diuinatione fit. ibi. Nullam vero. Prima in duas secundum duas rationes. Et secunda ibi. Sed de quibusdam. Illa pars in qua procedit determinando, in duas diuiditur. Primo determinat de diuinatione somniorum, quantum est ex parte ipsorum, secundo quantum est ex parte somniantium. ibi. Quodam enim. Prima pars diuiditur in duas. Primo determinat de somniis, quorum origines sunt semper in somnis, secundo determinat de illis quorum origines non sunt in somniis. ibi. De his vero &c. Prima in duas. Primo ponit tres quaestiones & exponit eas cum dicit. Dico autem. secundo verificat eas. ibi. Ergo somniorum. Et haec in duas. Primo verificat quaestiones illas, secundo mouet quasdam dubitationes circa illas. ibi. Omnino autem &c. Prima in duas secundum numerum trium conclusionum, secunda ibi. At vero quaedam. tertia ibi. Plura vero &c. Illa pars in qua remouet dubitationes, prima in duas. Primo remouet unam circa conclusionem ultimam, secundo remouet dubitationem circa primam. ibi. Quoniam non eueniunt. Prima in duas secundum duas rationes. secunda ibi. Signum autem &c. Similiter alia pars habet duas rationes, secunda ibi. Cum multa consulta. In speciali sic procedit. Primo ponit intentum, dicens quod diuinatione somniorum, quae accidere dicitur, neque erit contemnenda, neque omnino suadenda. Deinde cum dicit. Quod enim omnes, aut plures aliquam habere somnia significationem arbitrantur, tanquam ab experientia dictum, fidem facere potest.

Nam quod omnes quidem vel plures existimant habere aliquam significationem somnia, praestat fidem tanquam ab experientia dictum.

Prosequitur intentum. Et primo probat per duas rationes, quod diuinatione somniorum est, & primo ponit rationem a rei iudicio sic, Omnes vel plures dicunt somnia aliquid significare, & ita diuinatione somniorum potest adesse, quia sic ostendit causam in isto tractatu in huius libri. Na impossibile

N. LEON.

Diuinatio sic.

Diuinatio ad naturam non est conueniens, neque omnino suadenda.

N. LEON.

Primo vero diuinatione somnia impossibilia sunt, quia somnia sunt fallacia, sed fallacia sunt non sunt.

N. LEON. impossibile est, famosum esse fallum in totum. Secundo ibi. Et alioquin de nonnullis per somnia esse diuinationem non est incredibile. Rationem enim quaedam id habere videtur: iecirco de reliquis etiam somniis similiter decernere quisquam posset.

Et quod de quibusdam fit diuinatione in somniis, non est incredibile, habet enim aliquam rationem. Ideo de alijs somniis similiter utiq; quis arbitrabitur.

Ponit secundam rationem, quae talis est. De quibusdam somniis fit vera diuinatione: ergo & eadem ratione de omnibus. Deinde cum dicit.

Quia autem nulla ratione constans intercedere videtur causa propter quam hanc, id profecto illis fidem non praestare facit. Nam Deum quidem somnia mittere, praeter id quod ratione caret, ut non optimis & prudentissimis, sed cuius est populo illa mittat, absurdum etiam esse videtur. deorum autem sublata causa, aliarum certe nulla ratione constare videtur: primam enim originem reperire cur nonnulli praesepiant de iis, qui ad herculeas degunt columnas, aut ad borysibene, nostra profecto mens superat captum.

Nullam vero rationabilem causam videre, secundum quam utiq; fiat, hoc non credere facit. Nam Deum quidem esse immittere cum alia irrationabilitate, & non optimis, et prudentissimis, sed quibuslibet mittere inconueniens. Ablata vero, quae a Deo, causa, nulla aliarum conueniens esse videtur causa. De his enim quae secus herculeas columnas, et quae in horribiliter prauidere aliqua super nostram videtur esse prudentiam inuenire originem horum.

Arguit sic, Si ipsa somnia immittentur a Deo & ipsa diuinatione, nulla alia causa est, & ipsorum somniorum diuinationem esse: sed Deus non immittere somnia: ergo non est aliqua causa in illis quare debeant somnia aliquid significare, & eorum diuinatione esse. Minor sic probatur. Somnia etiam accidunt quibusdam fatuis magis quam sapientibus: sed si essent a Deo, inconueniens esset ipsa potius immittere fatuis quam sapientibus, & omnibus hominibus indifferenter: ergo Deus huiusmodi somnia non immittere. Huius rationis primo ponit medium, secundo ponit maiorem. Et hoc ibi. Ablata. Tertio probat eam sic. Supra naturam est cognoscere ea, quae sunt in remotissimis partibus per somnia: quoniam manifestum est quod hoc non potest esse nisi per immisionem diuinam. Et hoc ibi. De his enim.

N. LEON. Somnia igitur vel causas esse, vel signa eorum quae fiunt, vel accidentia quaedam necesse est, vel omnia, vel de iis quaedam, vel unum tantummodo.

Necesse igitur somnia, vel causas esse, vel signa eorum quae fiunt, aut accidentia, vel omnia, vel aliqua eorum, vel unum solum.

Procedit determinando. Et primo ponit tres conclusiones quas intendit probare. Et est prima talis, quod somnia sunt signa eorum quae fiunt, secunda est quod somnia sunt causa eorum, quae fiunt. Tertia est, quod somnia sunt accidentia eorum. Secundo ibi.

Dico autem causam quidem, ut Lunam quod Sol deflectionem patitur: ut defatigationem febris: defectus vero signum, quod subdit sydus: linguae autem aspredinem ipsius febris: accidens vero quod deambulante quotiam deficiat. Sol neque enim signum defectus hoc est, neque causa, sed neque defectus deambulationis. Quapropter accidentium nullum neque semper sit, neque magna ex parte.

Dico autem causam quidem, ut Lunam defectus Solis, vel laborem, febris. Signum vero defectus, stellam subintrare: asperitatem vero linguae febricitandi. accidens ve-

ro, aliquo ambulante deficiente Solem. Neque enim signum deficienti hoc est, neque causa, neque defectus, ambulandi. Ideo accidentium nullum, neque semper sit, neque ut plurimum.

Exponit eas, dicens, quod causa alicuius est somnium, sicut est causa interpolitio Lunae eclipsis Solis. Et est signum, sicut asperitas linguae signum est febris, & est accidens, sicut accidit soli eclipsari aliquo ambulante. Neutrum tamen est causa alterius vel signum, sed solum a casu est quod simul sunt. Et quia, quae a casu sunt nullam causam habent, ideo non fiunt semper neque frequenter, ut probatur in 6. Metaph. Tertio ibi.

An igitur somniorum alia quidem sunt causa, alia vero sunt signa eorum, quae corporibus contingunt? Elegantes namque affirmant. Medici magnopere conueniunt somnia obseruari. Et profecto ita existimare conuenit, illis etiam qui artes exercent, & aliquid discunt, & philosophantur.

Sunt ergo somniorum haec quidem cause & signa, velut eorum, quae circa corpus accidunt. Dicunt quidem & Medicorum gratiosi, quoniam oportet valde intendere somniis. Conueniens autem sic existimare: & non artificibus quidem sed considerantibus aliquid & Philosophantibus.

Verificat has conclusiones. Et primo ponit simul primam cum secunda cum dicit. Sunt igitur. Et postea declarat primam, dicens quod boni Medici dicunt quod oportet multum intendere somniis. & causa est vel potest esse, eo quod somnia sunt signa egritudinum futurarum vel sanitatis futurae, Abundantia autem caloris, in somno mouet fantasia & facit apparere homini quod sit in igne, & ita abundantia phlegmatis quod sit in aqua: quia talis abundantia aliquo modo mouet sensum tactus: licet in vigilia talis motus propter sui paruitatem lateat. Similiter omnibus mechanicis accidunt somnia, quae sunt signa fiendorum ab ipsis. Et hoc ibi. Dicunt quidem. Deinde cum dicit.

Ei enim quae interdum fiunt motiones, nisi grandes fuerint & praualide, latere plane solent, si maioribus vigilantium motibus comparantur. somni autem tempore contrario se habent modo: parui namque motus magni esse videntur. Talis autem id est ex iis, quae in somniis plerumque contingunt. Modico enim auribus percipitur strepitus, fulmina ex tonitruis appeti se existimant: minimaque distillant pituita, mel & dulces se gustare sapores: at quae etiam per ignem incedere vehementerque calefieri, leui calore quasdam corporis partes incessente, quae tamen experientibus hoc se habere modo manifeste deprehendant. Quare, cum debilia omnium sint initia, manifestum sane est quod morborum etiam, aliarumque passionum, quae in corporibus fieri debent. Pala igitur est quod ille ipsa in somniis necessariis illustra sunt quam vigiliae tempore.

Nam qui in die motus, nisi magni valde fuerint & fortes, latent iuxta maiores qui in vigilando sunt motus, in dormiendo autem contrarium: etenim parui magni videntur esse. Manifestum autem ex his quae in somniis accidunt frequenter. arbitrantur enim fulgura cadere, ac tonitrua fieri, paruis sonis in auribus factis, & melle & dulcibus saporibus perfrui tenui phlegmate defluente: & ambulare per ignem & calefieri vehementer, paruo calore circa quasdam partes factis. Experientibus autem manifestum est ea hoc modo se habere. Quare quoniam parua omnium principia, manifesti quoniam & egritudinum & aliarum passionum, quae in corporibus futurae sunt. Manifestum ergo quoniam necessarium haec in somniis esse patentia magis, quam in vigilando.

Dat causam huiusmodi apparitionis de nocte. & est quod motus simulachrorum qui fiunt in die non sunt valde magni & fortes, & ideo latent animam: sed in dormiendo apparent huiusmodi motus, eo quod tunc quietus sensus Parua naturalia S.T. F 3 a magnis

N. LEON.

Somnia sunt signa aliquo do egritudinis futurae vel sanitatis.

N. LEON.

Quare apparuit simulastra signa futurae sanitatis et egritudinis tantum in somno.

Simulacra intelligibilia que in somno non apparent sine fantasmatibus, sed sunt somnia secundum rationem.

Quale simulacrum somnium faciat.

N. LEON.

Aliquis in tota vita sua nullum accidit somnium.

à magnis motibus sensibilium exteriorum: & ideo appa-  
rent quod multo maiores videntur esse quam sunt. Sicut  
et in paruo sonus in aure dormientis apparet dormien-  
ti tonitruus esse: ita credit se gustare mel, siue huiusmodi  
dulcia paruo phlegmate descendente ad gustum, apparet  
etià sibi quod sit migne propter calorem in ipso abundan-  
tem. Et quod his causis appareant talia somnia, perpen-  
dunt expergefacti post somnium. Nam causa presentes  
fortes talium passionum, magis possunt apparere in dor-  
miendo quàm in vigilia. Et ita somnia ipsarum figurarum  
possunt esse. Deinde cum dicit.

di incidere veri est simile, Quoadmodum igitur de ali-  
quo meminisse, neq; signum est neq; causa ut ille superue-  
niat, ita somnium illius, quod euenit neq; causa est, neq; si-  
gnum, sed casus. Quomobrem somniorum multa non eue-  
niunt. Fortuita enim neq; semper, neq; magna ex parte sunt.  
De his enim eodem modo se habere verisimile est, velut  
quando memoranti de aliquo contingit hoc factum esse.  
Quid enim prohibet et in somniis ita contingere. Magis au-  
tem verisimile multa huiusmodi accidere. Quoadmodum  
igitur neq; meminisse de aliquo, neq; signum, neq; causa eue-  
nerit: sic et ibi, euenisse somniū vident neq; signū, neq;  
causa sed casus. Ideo et multa somniorum non eueniunt. Nā  
quā casu eueniunt, neq; semper, neq; ut frequenter fiunt.

Verificat eam per similem. Sicut contingit aliquid co-  
gnoscere de aliquo futuro contingenti: & deinde accidit  
illud contingens vel aliquod simile nec tamen illa co-  
gnitio est causa nec signum illius futuri; eodem modo  
contingit aliquid somniare quod contingenter sit vel ex suo  
consimili: nec tamen est somnium causa illius futuri, sed  
solum à casu, & ita accidit. Et ideo etiam pro minori parte  
somnia eueniunt: quia quod causale est, non semper  
est, nec ut frequenter, ut dictum est prius. Et hoc ibi. De  
his enim &c. Deinde cum dicit.

Omnino autem quoniam quoniam nomulla etiam somniant anima-  
lia, à Deo certe missa non erunt somnia, neq; huius gratia  
fiunt, sed demonia sanè erunt: si quidem natura Demonia  
est, non Diuina.

Omnino autem quoniam et aliorum animalium somni-  
ant quædā: à Deo viq; immisa non erunt somnia, neq; fa-  
cta sunt huius gratia, Demones tamen: natura enim de-  
moniaci, non Diuina.

Remouet dubitationem cōtra conclusionem vltimā.  
Diceret, n. aliquis; huiusmodi somnia quæ transcendunt  
scientiam humanam & fiunt de valde remotis, cum sint  
causa & naturaliter immittuntur à Deo, etiam per ipsa  
possunt futura cognosci. & hoc remouet per duas ratio-  
nes. prima est, Huiusmodi somnia fiunt in aliis animalibus,  
ergo non sunt missa à Deo, nec fiunt per gratiam diui-  
nam. Deinde cum dicit.

Huius autem rei signum est, quod infimo genere homines  
futura præuidere possunt, et recte somniant, tanquam non  
mittente Deo.

Signum autem. Valde n. degeneres homines præuidetes  
sunt, et recte somniantes, tanquam Deo non immittente.

Ponit secundam rationem quæ talis est, Homines mali  
& infirmi somniant & præuident futura per somnia: sed  
talibus non immittit Deus aliquam gratiam siue cogni-  
tionem; ergo solum à casu, & non per immisionem di-  
uinam, sic somniant. Deinde cum dicit.

Verum h, quorum natura quasi garrula est & melan-  
cholica, varias sanè cernunt visiones. Cum autè multitudine  
varijsque moueantur motionibus plerūq; assequuntur,  
ut nonnulli contendentes rapiunt. Quoadmodum, n. vulgo di-  
citur, si multa iacias, alias aliud iacias, ita i hys istne accidit.  
Sed quorumcumq; quasi loquax natura est & melancholi-  
ca: multimodas visiones vident. eo enim quod secundum  
plura & multifaria moueantur, assequuntur, ut quidā tanta  
rapiunt contendentes. Nam quemadmodum & dicitur, si  
multa iacias alias aliud iacias: & in his hoc accidit.

Subiungit causam quare quidam multum somniant.  
Et est quod natura istorum circa multa est occupata, i. mul-  
torum phantasmatum informata: sicut contingit in melan-  
cholicis, & ideo multa vident somnia. Quasi enim circa  
plura & diuersa occupantur in vigilando: ideo à similibus  
phantas-

*Somnia pro  
minori parte  
eueniunt. Sa-  
pra in h. bi.  
N. LEON.*

*Prima ratio  
quod dicitur  
de somniis  
nō immittente  
Deo.  
N. LEON.*

*N. LEON.*

*Quare quidā  
multum som-  
niant.  
N. LEON.*

phantasmatibus manifestantur in dormiendo. Fortunati  
aut aliqñ diuinat futura, sed hoc est à casu & non ab arte,  
nec per naturam, sicut etiam, si multi cōtendunt circa ali-  
quid, à casu est quod unus illorum vincat. Et hoc est quod dicit.  
Sed quorumcumq; Deinde cum dicit.

Quod aut pleraq; somniorum non eueniunt: nullum est in-  
conueniens. neque. n. signorum quæ in corporibus sunt, neq; et  
caelestium, ut imbriū et ventorum. si n. alius valdior hoc ac-  
cidit motus, à quo, cū fieri deberet, factū est signum, nō sit.

Quoniam autem non eueniunt multa somniorum, nihil est  
inconueniens. Neq; enim eorum, quæ in corporibus sunt, se-  
gnorum & celestium, velut quæ aquarū & ventorum. si  
enim alius vehementior isto accidit motus à quo futuro si-  
gnum factum est, non sit.

Remouet aliam dubitationem circa primam conclu-  
sionem. Quereret enim aliquis, cum somnia sint futuro-  
rum, quare non semper accidunt ea quorum sunt signa,  
multis enim apparent signa quod sunt in igne, & tamen non  
febricitant. Sed hoc remouet per simile, dicens non esse  
inconueniens multa euenire, quorum signa somnia sunt.  
Ita enim est in natura quod multa signa apparent in corpo-  
ribus inferioribus, quorum consignata non sequuntur:  
sicut infirmo apparet aliqñ signum mortis vel sanitatís:  
& tñ non sequitur signatum. Et sic in caelestibus aliqñ ap-  
paret signum pluuie vel ventis, & tñ non sequuntur signi-  
ficata. Et causa huius est, quia signa futurorum, cum fiunt  
à causis presentibus eorundem: cum aut causa superior  
& fortior superuenit, tunc non sequitur signatum ip-  
sum signum. Deinde cum dicit.

Multaq; præterea rectè consulta eorū quæ fieri expedit,  
incassum ceciderunt propter alia præstantiora initia. deniq;  
non est fit, quod fieri oportebat: neq; idem est id, quod euentu-  
rum est, et id quod est futurū. Sed nihilominus prima ini-  
tia dicendum est esse à quibus aliquid non est confectum. Et  
quod signa nata sunt istec esse quorundā, quæ facta nō sunt.

Et multa consulta bene, quæ fieri expediebat, dissoluta  
sunt propter alias digniores inchoationes. Omnino enim non  
omne sit quod futurum erat: neq; idem est quod erit et quod  
futurum. Veruntamen quidem principia dicendum esse, à  
quibus non perfecta sunt, & signa nata sunt hæc aliquorum,  
quæ non fiunt.

Confirmat hoc per aliud simile in his quæ sunt à pro-  
posito, dicens, quod multotiens in his quæ sunt præuisa ut  
fiat, licet expediat ipsa fieri, tñ propter aliqua digniora &  
meliora, quæ fieri possunt, omittuntur: & ideo nō est ne-  
cesse propter signum euenire signatum. Nullū n. contin-  
gens futurū ad vtrumq; de necessitate eueniet, & licet non  
eueniat, non tñ ponendū est ipsa habere principia in rerū  
natura, medijsque quibus nata sunt fieri. Nihilominus  
tñ ponenda sunt hæc signa verā dicentium signa existere.  
Et nota quod causæ naturales, ut frequenter causant effectus  
sivos, & non necessario. Et ideo, licet ita sit, tamen effectus  
ad vtrumlibet dicitur: quia contingens natum, contin-  
gens ad vtrumlibet, est omne quod à necessario deficit &c.

LECTIO II.

Quinam sint recte somniantes & qui: & quinam  
sint somniorum interpretes.

De ijs autem somniis quæ talia non habent initia qualia  
diximus, sed remota vel temporibus, vel locis, vel magni-  
tudinibus: aut horum sanè nihil, veruntamen eiusmodi in se  
non habent initia i. qui vident somnium, nisi foruito præui-  
dere contingat, id profectō erit magis quam ut dicit Demo-  
critus idola & effluxiones ad causam referens.

De his vero somniis, quæ non huiusmodi habent ori-  
gines, sed dilationes vel temporibus, vel locis, vel  
magnitudinibus, vel horum quidem nihil: non tamē  
habentibus in seipsis principia, qui vident somnia nisi præ-  
uisum fiat ab accidente. tale vtiq; erit magis quā ut dicit  
Democritus idola & effluxiones causans.

Supra Philosophus determinauit de his, quorū origi-  
nes sunt in nobis, hic determinat de his, quorum origines  
non sunt in nobis. Et hic in duas, in principalem & corol-  
larā, quæ ibi incipit. Et ideo accidit. Et prima in duas.  
Primo determinat quomodo fiunt somnia huiusmodi, se-  
cundo dat causam quare apparent dormientibus de no-  
cte. ibi. Et quaecumq; contingit &c. Prima in duas. Pri-  
ma ponit modum illum, secundo confirmat hoc per si-  
militudinem. Quomodo enim &c. Alia pars in duas.  
Primo dat causam quare apparent magis de nocte quàm de  
die, secundo quare apparent dormientibus. ibi. Et in cor-  
pore &c. Tunc sequitur illa pars qua determinat de di-  
uinatione in somnis à parte somniantium. Et illa in duas.  
Primo determinat, de illis, qui bene diuinant in somnis,  
secundo determinat quod opinio diuinat in artificiosis &c.  
Prima in duas s. m. quæ sunt tria genera hominum bene di-  
uinantium. in secūda ibi. Quosdam aut &c. Tertia ibi.  
Melancholici autem &c. Primo ergo ostendit modū  
quo fiunt huiusmodi somnia dicens, quod huiusmodi som-  
nia, quæ non habent originē in nobis, sed de distansibus  
per multa tempora vel loca, siue magnitudines, non præ-  
videntur in somno nisi à casu, quia non habent in se prin-  
cipium somniorum, nihil præcognoscit somnians de tali  
somnio. Non enim prius sit ab aliquo simulacro prius in  
sensu, ut ipso recepto, huiusmodi somnia fiāt p defluxio-  
nes à rebus sensibilibus remotis, quæ mouentur per me-  
dium & intrant per sensum usq; ad animam somniantis, &  
apparent ei, sicut vult Democritus, per defluxionem à re-  
bus sensibilibus. Et tunc ponit causam cōpositionis cuius-  
libet sensitiua. Secundo ibi.

Quomodo enim cum quispiam aquam mouerit,  
aut aerem, id aliud mouit: illo autem cessante quod ante-  
rius auctore absente procedere contingit, ita nihil prohibet  
motum quempiam & sensum ad somniantes peruenire ani-  
mos, à quibus illa idola & effluxiones fieri afferit.

Quomodo enim cum quis moueat aquam vel ae-  
rem: hoc aliud mouit, & quiescente illo accidit huiusmodi  
motum prodiere usq; ad aliqñ: illo, quod mouit, non præ-  
sente, sic nihil prohibet motū aliqñ et sensum pertingere ad  
animas somniantes, à quibus ille idola faciunt & defluxiones.

Confirmat hoc per simile tale. Sicut cum aliquis mo-  
uet aerem vel aquam, vel pars aquæ, vel aeris mouet aliā  
& sic successiue usq; ad remotum terminum, primo mo-  
tore quiescente vel absente, eodem modo motus factus  
in aere à re sensibili vel quiescente, pot succedere succes-  
siue ad loca remota vbi est somnians: quæ motū Demo-  
critus vocat idolum motum in medio, siue defluxionem  
factam à sensibili. Et nota quod in hoc errabat, quod posuit ali-  
quod materiale egredi & moueri per medium usq; ad sen-  
sum. non est autem hoc verum, sed sensibile mouet aerē  
medium generando sui speciem in ipso, ita quod nil egredi-  
tur à sensibili: & talis motus procedit successiue usq; ad  
sensum à medio. Deinde cum dicit.

Et quocumq; peruenire cōtingit, nocte magis sentiri, quo-  
niam interdum si deferantur euanescent. Noctūnanq; tran-  
quillior est aer, quia minus perflat & sunt noctes.

Et quocumq; fuerint pertingentes, magis sensibiles est  
noctē, eo quod quæ in die deferuntur, dissoluntur magis.

*Quomodo fiat  
in nobis som-  
nia quorū ori-  
gines non sunt  
in nobis.*

*Error Demo-  
criti ostendi-  
tur.*

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

*Somnia ali-  
qua sunt si-  
gna futuro-  
rum.*

*Somnia ut in  
pluribus sunt  
accidentia ve-  
spæctu eorum  
quæ sunt.*





est principium motus in parte quae mouetur, ad quod principium pars quae mouetur appellat, tota integra mouetur. Similiter, si aliqua pars illius, quod mouetur moueat motu proprio quodam, oportet quod sit aliquid aliud quiescens ad quod appulsum moueat. Deinde cum dicitur.

Verum tamen omnis in ipso minus efficax est quies, nisi extrinsecus aliquid fuerit simpliciter quiescens, & omni carens motu: operis precium autem est accurate estimantes de eo quod dictum est perferuari. contemplationem enim quamdam habet non solum ad animalia, verum ad ipsius etiam vniuersi motum & lationem pertinentem. quemadmodum enim in ipso immobile quiddam esse oportet, si debet moueri, ita etiam magis extra ipsum animal quippiam esse oportet immobile, ad quod innisum, quod motum est, mouetur.

Sed tamen omnis, que in ipso quies, insufficient est, nisi aliquid extra sit simpliciter quiescens & immobile. Dignum autem scientes considerare de dicto, habet enim theoriam non solum quantum ad animalia: sed & ad totius motum & lationem pertinentem. Quomodo enim & in ipso oportet aliquid immobile esse, si futurum sit moueri, similiter adhuc magis extra animal debet esse immobile, ad quod appulsum mouetur quod mouetur.

Offendit quod, si animal debeat moueri oportet extra ipsum esse aliquid quiescens, & dicitur in duas. Primo proponit conclusionem, secundo probat eam, ibi: Si enim dicitur. Primo dicit quod ad hoc ut animal mouetur non sufficit quies alicuius partis animalis, sed oportet extra animal esse aliquid quiescens & immobile. Et de hoc dignum est facere considerationem ipsis sapientibus. Hec enim consideratio utilis est, non solum quantum ad illa ut consideretur principium & motus ipsorum, immo quantum ad motum coeli, sicut ad hoc quod caelum moueatur oportet quod aliquid sit quiescens & stans, sic ad hoc quod animal moueatur oportet quod extra ipsum sit aliquid immobile ad quod appulsum animal quod mouetur, moueatur: & ampliori ratione quod intendit per hoc quod dicitur. Similiter adhuc magis. Sed est intelligendum quod non omnino est eadem ratio quare extra caelum oportet esse aliquid fixum cum animali, sed communis vna ratio est. Quia, si aliquid moueatur, oportet quod sit aliquid circa quod mouetur, respectu cuius se habet nunc & prius: illud autem est quiescens, vel non mouetur eadem specie motus aut non tanta velocitate. Et si quidem illud moueatur, aut erit processus in infinitum, aut erit deuenire ad aliquid quod omnino immobile est. Ita ratio comunis est animali & caelo. Sed alia propria est in animali. Animal, nam mouetur impellendo & trahendo, impellendo trahit se ad aliud: ergo oportet quod animal simpliciter supra aliquid figat in se, non ergo extra se requirit aliquid ad quod appulsum pellat. In motu autem tractus sit motus ab alio in ipso. Quare oportet aliquid aliud esse fixum. Secundo ibi.

**M. LEON.** Si enim semper cesserit, ut muribus per terram, aut arenam progredientibus, non sanè progredietur: neque certo velus erit progressus, nisi stet terra: neque volatus, aut natatio, nisi aer aut mare resistat.

Si eum cedet semper: ut puta muribus, qui in terra aut in arena progrediantur: non procedet neque erit gressus, si non terra maneat: neque volatio aut natatio: nisi mare aut aer resistat.

Probat conuulsionem supra positum. Et diuiditur in duas partes. Primo enim probat propositum inducendo, secundo probat quod illud non sit pars animalis, nec aliquid eius, ibi: Necessesse autem. In prima dicit quod, si cum animal mouetur, non sit aliquid quiescens & fixum, sed illud ad quod appellatur ce-

dat: sicut mures cum ambulare volunt, vel in terra vel in arena, si terra vel arena non quiesceret sed cederet: nunquam procederent nec irent. Similiter nunquam esset volatio, nec natatio si aer vel aqua non quiesceret ad minus à motu illo, vel velocitate illa. Secundo ibi.

Hoc autem aliud ab eo esse quod mouetur necesse est, & totum à toto, nullamque rei motum esse portionem, quod sic est immobile, si secus fuerit, non mouebitur.

Necessesse autem hoc alterum esse ab eo, quod mouetur, et totum à toto: & partem nullam esse eius quod mouetur & quod sit immobile, si autem non, non mouebitur.

Offendit quod illud fixum & immobile est diuersum ab animali, non aliquid ipsius. Et primo proponit conclusionem, secundo probat, ibi: Testimonium. In prima dicit quod illud fixum & stans, quod extra requiritur, nec est animal nec aliquid animalis, quod mouetur: ita quod totum fixum & immobile est alterum à toto quod mouetur, & pars à parte. Si vero non est ita, non poterit moueri animal motu processiuo. Secundo ibi.

Huius autem rei testimonio esse potest id, de quo ambigi solet: cur si quis nauigium extra propellat commoto ad malum innisus, vel ad aliam illius partem, paruo negotio illud mouet: contra si in ipso sit nauigio & id ipsum facere cōtendat, minime illud mouere possit, neque si Triturus ipse, aut boreas ex ipso sufflent nauigio: si quidem eo sufflare quemquam contingat modo quo piscatores faciunt, cum ex seipso quempiam spiritum emittentem pingunt: siue enim leuiter spiritum, siue ita vehementer emittat ut maximum efficiat ventum: siue aliud sit quod proiciatur vel impellatur, necesse est primum ad suam quempiam partem quiescentem innisus propellere, deinde hanc ipsam partem, aut cuiusnam contingat esse pars, ad externum quiddam innisus quiescere. Qui autem nauigium propellit, cum ipse in nauigio sit, nullumque innisus, rationabiliter nauigium non mouet: quoniam id cui innisus manere necesse est, accidit autem ipsi idem & quod mouetur, & cui innisus, qui autem extra propellit, vel trahit, sanè mouet: nulla enim nauigij pars est terra.

Testimonium autem huius est id quod dubitatur: quare quidem nauem ad extra si quis pellat, iuste attingens malum aut aliquam aliam partem, mouet facile. si autem in ipsa existens quis nauis, hic tentat agere, non vti que mouebit: neque vti que curus neque boreas flans intrinsecus ex nauis si fuerit flans secundum modum istum, quem aliqui piscatores faciunt. ex ipsa enim ventum emissum pingunt. siue enim remisse spiritum proiciat quis, siue vehementer, sic ut ventum faciat maximum, siue aliquid aliud proiectum aut pulsus, necesse est, ut primum ad quiescentem aliquam ipsius partem innisus pellere, deinde iterum hanc partem, aut ipsum, aut id cuius est pars, ad aliquid extrinsecorum firmatum manere nauem autem pellens, in nauis ipse existens & firmatus ad nauem, rationabiliter non mouet nauem: quia necessarium est ad quod firmatur manere: accidit autem ipsi idem esse quod mouetur, & ad quod firmatur, extra autem pellens aut trahens, mouet terra, nam nulla pars est nauis.

Probat hoc ex solutione eiusdem dubitationis. Et dicit quod testimonium huius quod dictum est, est solutio questionis de qua solet dubitari. Solet enim dubitari, quare cum aliquis est extra nauem, si cum baculo attingat ad nauem vel ad malum & impellat, potest de facili mouere ipsam. Si autem esset in nauis & cum baculo appodiat se ad puppim vel ad aliquam partem nauis non mouebit ipsam. Nec iterum si ventus, qui dicitur curus vel boreas (qui sunt venti septentrionales) flarent ex aliqua parte nauis ad velum

**N. LEON.**

**N. LEON.**

velum ipsius vel aliam ipsius partem & in quam depingunt pictores (depingunt, n. ventos flare ex nauis) siue remisse emittantur, siue cum magno impetu, non moueretur nauis. Solut hanc dubitationem dicens: quod necesse est quod impelles aliquid appellatur ad aliquam suarum partium, deinde oportet quod ipsa pars, vel ipsum totum, siue illud cuius est pars, appelletur ad aliquid extrinsecum firmatum siue fixum & immobile. ille autem, qui est in nauis & vult nauem impellere, cum ipse appodietur & firmetur ad ipsam, rationabiliter non mouebit eam: quia oportet illud ad quod appodietur, esse quiescens, si non moueret eam appulsum ad eam, sequeretur quod moueretur & quiesceret. Quiesceret quidem: quia mouens eam innisus ei, moueretur autem ex hypotesi, quare moueretur & quiesceret. sed hoc est impossibile, quare existens in nauis, si appodietur ad eam: non mouebit eam. Cum autem est extra, & affigitur ipsi terræ, mouet eam, sed terra nulla pars nauis est. Quare manifestum est quod illud fixum & immobile, quod requiritur ad hoc quod animal moueatur, nec est animal quod mouetur, nec aliqua pars ipsius, sed aliquid diuersum ab eo.

LECTIO II.

Dubitatio, an Caelum a motore corporeo moueatur necne, & an eius sit pars ex aliorum erroribus discutitur.

**M. LEON.** Sed dubitare sanè poterit aliquis, an si quid vniuersum mouet caelum, & omni carere motu, & nullam caeli esse partem, neque in caelo esse oporteat.

**D**ubitat autem vti que quis, vtrum si quod mouet totum caelum, id oporteat esse immobile: & hoc nullam esse caeli partem, neque in caelo.

Postquam philosophus probauit quod animalis, quod mouetur necessarium est vnam partem quiescere & aliam moueri. similiter quod necessarium est extra ipsum esse aliquid fixum, ad quod appulsum mouetur, quod non est aliqua pars illius, sed aliquid extrinsecum: in parte ista iuxta precedentia mouet quaedam dubitationes. Et diuiditur in partes tres. Primo mouet dubitationem circa caelum & motus eius, secundo circa motum animatorum, ibi: De animatorum autem. tertio mouet dubitationem circa motus animatorum alios à motu locali, ibi: Vtrum autem in mouente. Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem partes duas habentem, secundo dissoluit eam, ibi: Si enim ipsum. In prima dicit quod occasione eorum quae dicta sunt, dubitabit aliquis, cum tota natura caelestis moueatur ab aliquo, vtrum motor ille sit aliquid immobile corporeum vel non. & dato quod sit aliquid immobile corporeum, dubitabit secundo, vtrum sit aliqua pars ipsius caeli vel nulla. Et potest esse ratio dubitationis, quia caelum mouetur ex se, sicut animalia quae sunt hic, animalia autem quae sunt hic mouentur ab aliquo corporeo fixo & immobili, quod est pars eorum, innixa alicui fixo extrinseco. Quare similiter caelum videtur moueri ab aliquo immobili. quod est pars illius, & alicui fixum extrinseco. Secundo ibi.

**M. LEON.** Si enim ipsum motum caelum mouet, aliquod sanè non motum attingens, necesse est ipsum mouere: id autem nullam mouentis esse partem: siue continuo non motum est id quod mouet, nulla itidem mota rei erit pars. hoc sanè re se dicere videntur quicumque, asserunt quod circulo lata sphaera nulla omnino manet pars: aut enim totam flare necesse esset, aut illius continuum diuelli.

Si enim ipsum motum mouet seipsum, necesse est aliquid immobile tangere, dum mouet, & hoc nullam esse partem

mouentis, siue confessum immobile est quod mouet, similiter nullam esse partem eius quod mouetur. hoc recte dicunt, dicentes, quod circulo lata sphaera, nulla manet particula: aut enim totam necessarium erat manere, aut destrahi continuitatem ipsius.

Dissoluit dubitationem. Et, quia dubitatio habuit duas partes, primo soluit secundam, secundo primam: quia secunda valet ad dissolutionem primae. ibi: Vtrum autem oportet in fine lectionis. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod dato quod caelum moueatur ab aliquo corporeo immobili, quod illud non potest esse pars ipsius caeli. Secundo remouet errorem circa hoc, ibi: Sed quod polos. Circa primum est intelligendum quod, si caelum mouetur ab aliquo corporeo, aut illud est motum de se, aut est statim immobile, si sit motum ex se, oportet statim reduci ad aliquid quod immobile, & ideo dicit quod, si dicamus quod caelum mouetur ab aliquo corpore, cui appellitur in motu suo, necesse est reduci ad aliquid immobile, & si sit corporeum cui appodiat in motu suo, illud non poterit esse aliqua pars ipsius mouentis, hoc est ipsius mobilis, accipit enim mouens pro mobili. Similiter, si dicamus quod caelum statim mouetur ab aliquo immobili corporeo, necesse est quod nulla pars caeli sit, & ratio huius est: quoniam si illud immobile fixum esset aliqua pars ipsius, oporteret aliquam partem caeli quiescere, reliquis partibus motis, & ut est manifestum ex se: hoc autem si fieret, fieret destructio in partibus caeli, quod est impossibile. Et hoc est quod quidam dicunt & conuenienter, quod illius sphaera & in loco circulariter mota, nulla particula manet. aut, n. totam necesse est manere, aut totam moueri & in quamlibet parte eius: aut partem moueri & partem quiescere, quod est impossibile: quia tunc caelum diuideretur, quod est impossibile: ergo, si moueatur, necesse est quamlibet partem eius moueri & si quiescit, quamlibet quiescere. Deinde cum dicit.

**M. LEON.** Verum quoniam Polos potentiam habere quandam arbitrantur, cum nullam habeant magnitudinem, sed vltima & puncta existant, id sanè non recte. ad hoc enim quod nulla illorum est essentia, fieri etiam non potest ut vnus à duobus agatur motus. polos porro duos faciunt.

Sed quod polos putant quandam virtutem habere, nullam habentes magnitudinem, sed existentes extrema & puncta, non bene. Cum hoc enim, quod nulla substantia est alicuius talium: & moueri vnus motum à duobus impossibile. polos autem duos faciunt.

Remouet duos errores circa hoc, secunda ibi. Quod quidem igitur. Circa primum considerandum quod quidam dixerunt, quod caelum mouetur ab immobili corporeo & illud dixerunt esse polos caeli: quia poli videntur esse immobiles. Et ideo dicitur, quod illud, quod quidam dixerunt volentes soluere praedictam dubitationem, non conuenienter est dictum. Dixerunt enim quod duo poli ipsius caeli virtutem habent, ut super ipsos firmetur motor caeli in mouendo ipsum. sed hoc est impossibile: quia poli caeli nullam habent magnitudinem: quia sunt extrema diametri, siue axis, & sunt indiuisibilia. Si ergo poli sunt illud fixum immobile, quod ex igitur in motu caeli, non erit aliquod corporeum, & magnitudo: & hoc est contra positionem eorum. Adhuc. Illud, cui affigitur motor caeli, in mouendo, oportet esse aliquam substantiam: quia prius est caelo & motore caeli, sicut firmans illa in mouendo: poli autem non sunt substantia, sed accidentia, puta extrema caeli. Preterea, impossibile est vnus motum esse à duobus motoribus per se non ordinatis: poli autem duo sunt, sicut ipsi dicunt: ergo impossibile est motum caeli esse à duobus

Error dicens tunc caelum moueri ab immobili corporeo, & illud dicant esse polos caeli.

Primatio. Secunda ratio.

Tertio ratio.





LECTIO III.

Ex proposita dubitationis solutione, deducitur, Quae sint ea in quorum motu motorem alicui rei inniti necesse sit: quae vero non, tam animatis, quam inanimatis, & in aliis etiam motibus a locali quid dicendum sit, aperitur.

*N. LEON.* Vtrum autem oporteat extra id, quod mouetur, immotum quiddam esse & quiescere quod nulla illius existat pars aut secus? & hoc vtrum ita se habere in ipso vniverso est necessarium?

*N. LEON.* Vtrum autem oportet aliquid immobile esse quod quiescens extra id quod mouetur, & nulla pars illius existens aut non? Et hoc vtrum & in omni sic existere necessarium sit?

Postquam philosophus dissolvit dubitationem quantum ad secundam partem ipsius, soluit nunc quantum ad primam & principalem. Et diuiditur in duas. Primo enim resumit eam vniversalius q̄ prius proposuerit. In secunda soluit cum dicit. {Fortē enim.} Primo repetit dubitationem vniversalius, dicens, q̄ resumendo prius quaesitum, querimus vtrum extra illud quod mouetur, oportet esse aliquid quiescens, ad quod appulsum moueatur, & hoc quantum ad animata quae sunt huiusmodi. Et querimus etiam vtrum in primo moto, quod est caelum, oportet esse aliquid tale quiescens corporeum, ad quod motor eius firmitur in motu eius. & hoc est quod dicit quantum ad primam partem dubitationis. Secunda ibi.

*N. LEON.* Fortasse enim videri poterit inconueniens esse si motus principium intus sit. Quamobrem ita existimantibus videri poterit: recte ab Homero fuisse dictum: Sed vobis nunquam caelo deducere ab alto. Ad terram dabitur, summumq; sciumq; cohantem: Non si peruigili studio, multoq; labore. Dijq; deaq; omnes pariter trahere inde velitis. Quod n. omnino immobile est à nullo moueri contingit. Forte enim vtiq; videbitur inconueniens esse, si principium motus intra. Propter quod videbitur vtiq; sic existimantibus, bene dictum esse apud Homerum: Sed non vtiq; trahetis de caelo in terram. Iouem supremum omnium: ueq; si valde laboretis. Omnes apprehendere Dij, omnesq; Deo. Omnino enim immobile à nullo contingit moueri.

Soluit, Et primo quantum ad caelum, secundo quantum ad animalia cum dicit. {In animalibus autem.} Circa primum. Primo facit quod dictum est, secundo concludit solutionem dubitationis incidentaliter motae prius cum dicit. {Vnde soluitur.} In prima dicit. Cum queritur, vtrum caelum moueatur ab aliquo quod sit intra, forte inconueniens videretur & est. Quod enim caelum mouetur ab aliquo firmato ad aliquid corporeum eorum, quae sunt intra caelum, inconueniens. Quia omne quod continetur est intra caelum, dependet ex eo. si ergo motor caeli dependet ex aliquo quod sit intra caeli, dependebit ex suo mobili, quod est impossibile: quia manifestum est quod impossibile est quod motor in mouendo caelum dependat ex aliquo corpore intra caelum. Deinde, quia omnis motor, qui mouendo firmatur ad aliquid aliud, habet aliquid prius eo in mouendo, scilicet cui firmatur; motore autem caeli nihil est prius: ergo non firmatur ad aliquid aliud in mouendo. Et cum etiam motor caeli est immobilis, ideo conueniēter videtur dictum q̄ m istam existimationem quod dictum est ab Homero, dicente q̄, si omnes, Dij & Deo: hoc est, omnes virtutes maiores & minores laborent apprehendere Iouem, hoc est primum motorem,

*N. LEON.* Vnde etiam iam dicta soluitur difficultas, an contingit caeli compositionem dissolui, vel non contingit, siquidem ex immobili dependet principio.

*N. LEON.* Vnde soluitur & olim dicta dubitatio, vtrum contingit, aut non contingit dissolui caeli constructio, si ex immobili oritur est principio.

non poterunt ipsum mouere de caelo ad terram. Et intendit q̄ in q̄ videtur quod quantumcunque multiplicentur virtutes aliorum non poterunt ipsum mouere. & causam subiungit, Quia illud, quod omnino est immobile, à nullo contigit moueri. Primus autem motor caeli omnino immobilis est per se. & per accidens, vt probatū est 8. Ph. ergo à nulla virtute quantumcunque multiplicetur potest moueri. Si autem firmitur ad terram in mouendo caeli aequaliter moueretur à terra, vel saltem deperderet in motu ex ea. Secundo ibi.

Solutionem concludit cuiusdam questionis prius motae incidentaliter, in illa parte. {Est autem.} Et dicit q̄ ex his quae dicta sunt, manifestum est quod non oportet dicere quod caelum corrumperetur propter rationem praedictam, quia illud quod immediate procedit à principio omnino immobili, non potest corrumpi: sed caelum procedit immediate à principio immobili: quare caelum non potest corrumpi. Nec oportet quod dicamus ipsum corrumpi per rationem quae dicebatur. Arguebatur. n. ita, si motor caeli sit maioris virtutis in mouendo, mouebit terram: sed, si terra moueatur, caelum non mouebitur: & ita corrumperetur. Dicendum q̄ non oportet si motor caeli sit maioris virtutis in mouendo q̄ terra in quiescendo, q̄ propter hoc moueat ipsam: Verum enim esset hoc, si motor caeli affigeretur ipsi terrae in mouendo: sed non est ita vt probatum est. Deinde cum dicit.

In animalibus autem non modo ita immobile quiddam est se oportet, sed in ijs etiam quae per locum mouentur quaecumque se ipsa mouent. illorum n. aliud quidem moueri, aliud autem quiescere oportet, ad quod innisum motum mouebitur vt si aliqua partium moueat, innititur enim altera ceu ad quiescentem alteram.

In animalibus autem non solum sic immobile oportet existere: sed & in ipsis quae mouentur secundum locum, quaecumque mouent ipsa seipsa. Oportet enim ipsius hoc quidem quiescere. hoc autem moueri: ad quod appulsum quod motur mouebitur: velut si qua moueatur partium: appellitur enim altera, vt ad manens alteram.

Diffoluit dubitationem praedictam quantum ad animalia. Et dicit q̄ istud non solum necessarium est in animalibus, scilicet ad hoc quod moueantur quod sit aliqd affixum extra, immo oportet in animali quod mouetur, vnam partem quiescere si alia mouetur. Quaecumque ergo animalia mouent seipsa, necesse est, q̄ si aliqua partium moueatur, alteram quiescere, cui alia appellitur vt ad naues, sicut ostensum est prius.

De ijs vero, quae carent anima quaecumque mouentur dubitare quispiam poterit, vtrum omnia in se habeant & quiescens, & mouens: & ad quippiam extra quiescentium necessario imitantur.

De inanimatis autem quaecumque mouentur dubitabit vtiq; aliquis, vtrum omnia habeant in seipsis & quiescens, et mouens, & aliquid aliud extrinsecorum quiescentium, cui appellitur & hoc quoq; necesse sit.

Mouet dubitationem circa motus inanimatorum. Et diuiditur in duas partes. In prima mouet quaestionem circa inanimata, scilicet vtrum inanimata indigeant in motu suo aliquo affixo quod sit pars eorum: & aliquo extrinsecō quod

*N. LEON.*

*Solutio debet moti superius paulo partem.*

*Non oportet si motor caeli sit maioris virtutis in mouendo quam terra in quiescendo, quod moueat ipsam.*

*N. LEON.*

*Inanimata in actu sunt conuēta & eius de natura in actu & ipse in actu & in actu quae pars conuēta aliq.*

*Leopoldus.*

*N. LEON.*

quod non sit pars eorum. secundo mouet dubitationē de alijs motibus à motu locali inanimatis. ibi {Vtrum autem in mouente} circa primū duo facit. Primo, mouet dubitationem, secundo soluit, ibi {Aut impossibile} in prima dicit. Circa inanimata, quae mouentur, dubitabit aliquis, vtrum in motu suo locali indigeant aliquo fixo & quiescente in ipsis, quod non sit pars eorum, cui mouens ipsa affigatur: & vtrum in ipsis sit aliqua pars quiescens, sicut est in animalibus. Et dicit philosophus. {Quaecumque mouentur} propter terram, quae non mouetur, vel saltē partes, quae sunt circa centrum. Secundo ibi.

*N. LEON.* An impossibile est vt ignis vel terra, vel aliquid aliud quod anima caret. Sed à quibus primis hęc mouentur. Inanimata namq; oia ab alio mouentur: omnium aut ita motorum principium sunt quae se ipsa mouent. Verum de eiusmodi in animalibus quidem dictum est. hęc namq; omnia & in se ipsis habere quiescens necesse est, & extra ad quod imitantur. si aut aliquid est superius & primum mouens, non est manifestū: & de huiusmodi principio alius est sermo: omnia vero, quae mouentur, ad ea quae extra sunt innisa mouentur, & cum spirant, & cum expirant: nihil enim refert magnū proicere pondus, an paruum: quod sanē faciunt, qui desipiūt, & qui tussunt, & qui spirant, & qui expirant.

Aut impossibile? puta ignem, aut terram, aut inanimatorum aliquid. sed à quibus primis mouentur hęc: omnia n. ab alio mouentur inanimata, principium autem omnium sic motorum, ipsa seipsa mouentia. Talium autem de animalibus quidem dictum est. Talia enim omnia necesse & in ipsis habere quiescens & extra, ad quod propulserunt. Si aut aliquid est superius et primū mouens, immanifestum & alius sermo erit de tali principio. Alia autem quaecumque mouentur, omnia ad exteriora appulsa mouentur, & respirantia & expirantia. Nihil enim differt magnam proicere grauitatem aut paruum. quod quidem faciunt spuentes & tussientes, & inspirantes & expirantes.

Soluit dubitationem. Et dicit q̄ impossibile est q̄ inanimata, sicut ignis, aut terra, habeant in se aliquid quiescens: quia non habent in se principium sui motus. quoniam manifestum est q̄ inanimata tota sunt continua & eiusdem naturae: in toto & parte: nec est aliqua pars contigua alijs. In continuis autem impossibile est vnam partem moueri alia non mota, nisi soluantur continuas. Et ideo inanimata non habent aliquid quiescens in seipsis, similiter nec extra se. Et ratio huius est, quia ratio, quare animata habent in seipsis aliquid quiescens, est quia habent in se principium actiū sui motus: oportet autem principium motus esse immobile: ideo habēt in se aliqd quiescens. talia autem non habent in se principium sui motus. Iterum habent intra se animalia, cum mouentur aliquod fixum & quiescens, quia ipsa mouentur motu pulsus & tractus: qui sunt quasi violenti. In motu autem pulsus, impellit aliquid à se vel ab aliquo fixo & in motu tractus trahunt aliquid à se vel aliud: ideo oportet q̄ sit aliquid fixum ex se, à quo trahunt. Talis autem non est motus huiusmodi corporum: & ideo non indigent aliquo fixo extra se, ad quod firmentur in motu suo: quia mouentur ab extrinsecō vt ab ipso generante & tñ oia ista reducuntur ad motum ex se, quia omne motum ab alio reducitur ad motum ex se, & talia sunt ipsa animata. Et huiusmodi mota ex se habent aliquid fixum. Sed de animalibus quidem, quae sunt de numero talium quae mouentur ex se, dictum est, q̄ necessarium est omnia talia habere in seipsis aliquid quiescens. Iterum necessarium est q̄ habeat extra aliquid fixum ad quod propulsa mo-

ueantur & si moueantur reducuntur ad aliquam causam superiorem immobilem. Sed vtrum sit aliqua causa superior immobilis, immanifestū est nunc ex tractatu isto. alibi enim dictum est de hoc. Sed istud manifestū est q̄ omnia animalia quaecumque mouentur, habent aliquod fixum extra ad quod appulsa mouentur: & istud verum est in respirantibus & expirantibus: nec refert siue proiciant magnam molem, seu paruum: sicut sunt spuentia & tussientia. Semper n. in talibus oportet esse aliquid fixum. Si n. moueat pedem aliquis, quiescit tybia: si pedem & tybiā, quiescit aliud: si totū aggregatū ex omnibus istis, quiescit vertebrium: & tunc impellit magnam grauitatem. Similiter si spuat, aliquid intus quiescet.

*N. LEON.* Vtrum autē in eo solum quod seipsum per locum mouet quippiā quiescere oportet, an etiā in ijs quae ex seipsis alterantur, & augescunt: namq; de prima generatione & corruptione, alius est sermo. si n. est is, quē diximus, primus motus, generationis et corruptionis profectio is erit causa: necnō aliarū fort. asse oium motionū. Quemadmodū aut in vniverso, ita in ipso aiali prima erit ista hęc motio postquā fuerit absolutū.

Vtrum autem solum in mouente seipsum secundum locum oporteat aliquid manere: aut etiam in alterato ipso & augmentato. De generatione autem ea, quae à principio corruptione altera ratio. Si enim est quem quidem dicimus primus motus, generationis & corruptionis hęc causa quidem vtiq; erit et aliorum sorte motuum omnium. Quemadmodum autem in vniverso & in animali motus primus isle, cum fuerit perfectum.

Mouet dubitationem de alijs motibus à motu locali in animatis. Et primo mouet dubitationem em, secundo soluit eam, ibi {Quare & augmentationis}. In prima dicit quod dubitabit aliquis, vtrum in animali, quod mouet seipsum motu locali, solum isto motu requiratur aliquid fixum & stans, & non in alijs: aut requiratur in alijs motibus, sicut in motu alterationis & augmentationis. De generatione vero & corruptione, quae sit à principio intrinsecō altera ratio est: quia in generatione quae est à principio intrinsecō, acquiritur esse: & ideo non potest esse q̄ tali motu aliquis seipsum moueat. Cuius ratio est, quia oportet mouens esse in actu f m enim hoc mouet & agit vniuersumq; f m q̄ est in actu: quod generatur aut cum generatur, nō est in actu f m q̄ huiusmodi, sed tm̄ in via generationis: & ideo non potest esse q̄ motu generationis aliquid moueat seipsum. Si autē generatio sit primus motus, erit causa aliorum: quia primum in vnoquoq; genere est causa aliorum. Similiter etiā in vniverso, si generatio esset primus motus, in caelo esset causa motus localis. Non est autem: quia generatio est finis motus alterationis: qui praesupponit motum localem. Et ideo generatio non potest esse primus motus in caelo, tamen motus, sicut motus localis primus in vniverso: ita generatio in animali cum generatur, primus motus est. primus dico via generationis, via tamen perfectionis, motus localis est prior. Vel aliter potest exponi quod sicut in toto generatio esset primus motus, si totum esset generatum sic in animali, cum generatur generatio est primus motus. Secundo ibi.

*N. LEON.* Quamobrem & augmenti siquidem sibi ipsi erit causa, & alterationis sui, secus non est necessarium. Primum aut augmentationes & alterationes ab alio, & per alia fiunt.

Quare & augmentationis ipse sibi ipsi causa est, & alterationis, si quando genitum fuerit. Si autem non, non necesse. Prima autem augmentationes & alterationes ab alio fiunt, & per alteras.


*B. ps. i. c. 5. 12. M. i. c. 6. 35. & 43.*

*N. LEON.*

*Non oportet si motor caeli sit maioris virtutis in mouendo quam terra in quiescendo, quod moueat ipsam.*

*N. LEON.*

*N. LEON.*



Si animalia habent in se principium suae augmentationis...

Soluit questionem, Et primo soluit quantum ad augmentationem & alterationem, secundo quantum ad generationem...

N. LEON.

Generationis autem & corruptionis minime sibi ipsi quippiam causa esse potest.

Generationis autem & corruptionis nequaquam possibile est causam esse sibi ipsi rem ullam.

Soluit quaestionem quantum ad generationem. Et dicit quod nihil potest moveri a seipso motu generationis.

Primum principium motus in animalibus...

LECTIO III.

Quorumcumque animalium quae nam sunt in ipsis principia tum prima, tum instrumentalia motus...

N. LEON.

Quoniam vero inanimata omnia ab alijs mouentur, nam de primo quidem & perpetuo mobili...

Quoniam autem inanimata omnia mouentur ab altero: de primo autem moto & semper moto...

his quae de Prima Philosophia: reliquum est considerare quomodo anima moueat corpus...

Postquam philosophus declarauit quod in animali, quod mouetur, oportet esse aliquod quiescens intra & extra...

Text 10, 11, 12, 13...

N. LEON.

Animata enim praeterquam ipsius uniuersi motionis, aliorum sane motus sunt cause, quae cumque a se inuicem non mouentur...

Aliorum enim, praeter totius motum, quae animata causa motus sunt, quaeque non mouentur ab inuicem...

Dat causam intenti. Et dicit quod de motu animalium dicendum est, quia ea, quae animata sunt, sicut aialia, sunt causa motus aliorum...

Quorumcumque animalium...

N. LEON.

Animaduertimus autem cogitationem, fantasiam, selectionem, voluntatem, & cupiditatem animal mouere...

distant quae in alijs dicta sunt differentius. Voluntas vero & ira, & cupiditas omnia cum appetitione faciunt.

Idem autem omnia reducantur in intellectum & appetitum. Etenim fantasia & sensus, intellectui eundem locum habent...

Prosequitur intentum suum. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de causis & principiis motus voluntarij...

Text 14, 15, 16, 17...

Tercio de...

N. LEON.

Quapropter & ipsum quod seligi potest, non autem omne excogitabile seligibile est, sed rerum agendarum finis.

Quare mouet primum, quod appetibile, & quod intelligibile: non tamen omne intelligibile, sed quod operabile finis.

non omne quod bonum in quantum enim gratia huius aliud: & in quantum est finis eorum, quae alterius alicuius gratia existunt...

Determinat de primo mouente immobili. Et dicit, ita dictum est quod intellectus & appetitus sunt mouentia...

Bonum uniuersale non mouet aial, sed particulare.

Bonum quod mouet appetitum non semper est bonum secundum ueritatem...

N. LEON.

Quare palam est quod contingit quidem id quod semper mouetur a semper mouente...

Primum corollarium.

Inferat tria corollaria & diuiditur in tres in hoc secunda ibi. Quod quidem igitur tertia ibi. Manifestum est...

Ratis uniuersalis & semper mouetur aial motus.













Inuoluntariis autem dico motus ut cordis & pudendorum. Apparente namque...

Mouentur autem & aliquibus inuoluntariis quaedam partium plurimis aut non voluntariis. Dicitur autem inuoluntarios...

Postquam Philolophus determinauit de causis motus voluntarij, determinat de causis motus inuoluntarij. Et diuiditur in duas. In prima ponit intentum suum. In secunda probat. ibi...

Motus non voluntarij...

N. LEON.

Verum quoniam alterari animalia naturali alteratione necesse est: partibus autem alteratis alias quidem augetur...

Sed quoniam necesse alterari naturali alteratione animalia, alteratis autem partibus, hae quidem augeri, hae autem decrementum pati...

Asignat causam huius motus inuoluntarij, & primo facit hoc. Secundo recapitulat. ibi De partibus quidem...

Quare animalia mouentur...

busdam alterationibus naturalibus ab intrinseco, vel a continente. alteratis autem partibus animalis necesse est quasdam dilatari & augeri...

Intrinsice & extrinsice...

N. LEON.

Id autem praecipue illa declarant partes, quoniam utraq; earum tanquam seium est animal. cuius sane rei causa est...

Maxime autem partium haec faciunt notabiliter, propterea qui velut animal quoddam separatim sit utrunque pars huius aut causa...

Declarat qualiter quaedam partes maxime mouentur isto motu inuoluntario. Et dicit quod inter omnes partes corporis ille, quae maxime notabiliter mouentur isto motu...

Cor & genitalis...

Motiones autem principio quidem a partibus, partibus vero a principio ratione accidunt, & ad se inuicem hoc continent modo.

Motus autem ad principia a partibus: & partibus a principio rationabiliter eueniunt: & ad se inuicem sic pertinent.

Dat modum motus in animalibus. Et primo facit hoc, secundo soluit quaestionem quandam, quae posset fieri. ibi Quod autem quandoque...


N. LEON.

mo proponit intentum suum. Secundo manifestat. ibi Oportet enim intelligere...

N. LEON.

Oportet enim intelligere a principium. motiones igitur pro cuiusque descriptorum elementorum ratione ad principium veniunt...

Oportet enim intelligere a principium, motus, igitur secundum unumquodque elementum descriptorum ad principium pertingunt...



Manifestat propositum suum in terminis. Et dicit sit a primum principium motus, scilicet b & g, sint duae partes: ut puta sit b visus, & g auditus...

Alterationes sensuum exteriorum...

N. LEON.

hoc sic. Cum alteratur visus contingit alterari corde alterato, alteratur auditus ad audiendum: & sic pertingit motus a visu ad auditum...

N. LEON.

Præterea alias quidem eadem cogitantibus fit motus, qui præter rationem est in membris, alias vero non.

Quod autem quandoque quidem eadem intelligentibus fit motus, qui præter rationem in partibus, quandoque autem non, causa quidem inesse passivam materiam...

Solutio quaestionis...

Soluit quaestionem quandam, quae posset fieri. Contingit enim aliquando quod idem apprehendentibus fit motus: contingit quandoque quod non...

N. LEON.

De partibus quidem singulorum animalium, & de anima, de sensu quinetiam & memoria, & somno, nec non de communi motu, causas diximus.

De partibus quidem igitur uniuscuiusque animalium, & de anima, adhuc autem de sensu, & somno, & memoria, & communi motu diximus causas.


Recapitulat. Et dicit quod, quia dictum est de partibus cuiuslibet animalis, sicut in libro de Animalibus. Et dictum est de anima in libro de Anima...

Expositionis libri de Motu Animalium secundum Petrum de Alueruia finis.

ARISTO.







Probatur corruptibile, vbiq; ponatur, necessario corruptetur. & dicit quod contrarium in actu, corruptum & expulsum est sui contrarij.

N. LEON.

Quapropter oia perpetuo sunt immota et generatur vel intereunt: ipsuq; continens suffragatur, aut refragatur.

N. LEON.

Quare oia in vnuer- salia sunt in con- tinuo motu et transmuta- tione.

Inset ex dictis vnū corollarium. Et dicit q; quia necessarium est vbiq; ponatur corruptibile, oportet adesse contraarium vel formaliter vel virtute, q; corrumpit vel expellit illud, hinc est qd omnia materialia sunt in continuo motu & transmutatione.

N. LEON.

Et hanc ob causam translata pleraq; diuturniora sunt, etiam si natura breuioris essent: eui: perpetua vero minime quibuscuq; sunt contraria. statim enim materia contrarium habet.

N. LEON.

Propter quod & transposita, durabiliora quidem sunt & paucioris durationis natura. Eterna autem nusquam, quibuscuq; contraria erunt. Confestim enim materia contrarium habet.

Continens con- operatur rei vel contra operatur, si transferatur res de regione ad regionem, erit maioris durationis vel paucioris, s. n. tras-

Declarat quomodo verum est q; illud, quod est corruptibile in naturam suam sit incorruptibile. Et est intelligendum q; corruptibile duobus modis dicitur. Vno. n. modo dicitur incorruptibile, qd nullo modo est corruptibile. Alio modo dicitur incorruptibile, qd de facili non est corruptibile. & ideo dicit, q; cu cōtinens cooperetur rei vel contra operatur, si transferatur res de regione ad regionem, erit maioris durationis vel paucioris, s. n. tras-

feratur ad regionē cōsimilis dispositionis, fortificatur & conseruatur a cōtinate: si autem transferatur per cōtra- rium, debilitatur & alteratur & corrumpitur. Vt si ho- mo sit calidus temperate & transferatur ad regionem ca- lidam excellēter, exterminatur calidū naturale hominis, & disponitur ad corruptionem, & cito corrumpitur.

LECTIO III.

Non ex multis, quæ videri possent, assumendas esse causas longitudinis & breuitatis vitæ, sed ex alijs, quas veras esse causas constat: quæque exactissime declaran- tur, in animalibus scilicet.

N. LEON.

Sunt autem neque maxima minus corruptibilia. equus nanque homine breuioris est vitæ. neque rursus pusilla, pleraque enim insectorum annum vitæ spatium non excedunt.

Enim homine breuioris vitæ. Neq; parua: epeteia enim multa entomorum. Neque planta totaliter aut malibus. Epeteia enim quædam plantarum. Neq; sanguinē habentia. apis enim durabilior quorundam sanguinem habentium.

Determinat de causis longitudinis & breuitatis vitæ, & diuiditur in duas. In prima remouet quædam, quæ vi debantur esse causa longitudinis vitæ. In secunda alsignat causam ipsius, ibi: Causa autem. Prima in duas. In prima remouet quædam, quæ videntur esse causa longitudinis vitæ. In secunda enumerat quædam quæ in pluribus sunt causa longæ vitæ.

Hic remouet- tar ipse que videntur esse causa longæ vitæ. & breuitatis vitæ.

N. LEON.

quæ in maribus plantæ & quædam animalia gressibilia non durant nisi per annum, aut paruum tempus.

Omnino autem vitæ diuturnitas in ipsis præcipue est stirpibus. Vt in palma, & cupressu: mox in animalibus sanguine præditis magis quam illo carentibus.

Omnino autem longissima vitæ in plantis sunt, vt palma & cupressus. Et in sanguinem habentibus animalibus, magis quam in exanguibus. Et in gressibilibus magis quam in aquatilibus.

Enumerat quædam, quæ vt in pluribus sunt longæ vitæ. Et dicit q; inter plantas, palma & cupressus sunt longioris vitæ: viuunt enim palma per quingentos annos.

N. LEON.

Horum autem omnium causam hinc quispiam contemplari poterit.

Causam autem de his omnibus, hinc vtrique quis contemplabitur.

Postquam philosophus enumerauit ea quæ videntur esse causa longioris vitæ, & declarat autem illa non esse causam vniversaliter, in parte ista alsignat causam longitudinis & breuitatis vitæ primam & vniversalē.

N. LEON.

Sumere enim oportet omne animal natura humidum esse & calidum: ipsumque viuere eiusmodi esse, senectam autem frigidum esse & siccam, non aliterq; id quod mortuum est esse apparet.

Declarat, & diuiditur in duas. Et primo declarat cau-

sam longitudinis & breuitatis vitæ in vnueriali, secūdo in particulari. ibi: Propter quod coitura. Prima in quatuor. Quatuor enim sunt, ex quibus aggregatur causa longitudinis & breuitatis vitæ: & secundum hoc diuiditur in partes quatuor. In prima ponit primū. in secunda scd m.

Omne viuens habet calidum & humidum.

N. LEON.

Necesse igitur senescencia exsiccare, quamobrem non de facili exiccabile ipsum debet esse humidum.

Prima et uni- uersalis causa longitudinis et breuitatis vitæ.

Necesse igitur senescencia desiccare, propter quod oportet non facile desiccabile esse humidum.

N. LEON.


Inset ex istis causam longitudinis vitæ. & diuiditur in duas. In prima facit quod dictum est. In secunda declarat per signum. ibi: Propter hoc & pinguia. In prima dicit q; cum senium sit frigidum & siccum necessario omnia senescencia infrigidantur & desiccantur.

Et iccirco pingua non putrescunt, in causa autem est quoniam aeris sunt. Porro aer ad alia vt ignis est, ignis vero non putrescit.

Et propter hoc pingua imputribilia. Causa autem quod aeris. aer autem ad alia, ignis: Ignis autem non fit putresfactus.

Declarat quod dixit per signum. Et dicit q; illa, quæ habent humidum non de facili exiccabile, sunt longæ vitæ, & propter hoc pingua longæ vitæ sunt. Et imputribilia longæ vitæ quidem vniversaliter sunt, quia pinguedo partes conglutinat, quæ tenent se adinuicem. Et ideo nō sunt de facili separabiles: & propter hoc tale humidum non est de facili exiccabile.





Inferit corollarium. Et dicit q, cum illa animalia, qua generantur in locis calidis sunt magna quantitate: & accidit quod omnino non sunt animalia, quae parum habent de sanguine, vt animalia, quae habent sanguinem...

N. LEON.

Alimentum autem nisi assument animalia & stirpes intereunt: seipsum namque eliquat. vt enim multa flamma nimorem exurit & conficit, quoniam alimentum absorbit, ita naturale calidum, quod primo concoquendi vim obtinet...

Alimentum autem non sumentia, & plantae & animalia, corrumpuntur, consumit enim ipsa seipsum. Quoadmodum enim multa flamma comburit et corrumpit pauca...

Ottendit causam breuitatis vitae accidentalem. Et dicit q, cum viuientia alimentum recipiant, quaecumq; stant per aliquod tempus continuum, ita q alimentum non recipiunt, aut corrumpuntur, aut sunt breuis vitae...

N. LEON.

Aquatilia autem terrestribus minus longaeu, non quod simpliciter humida sint, sed quod aquosa, huiusmodi vero humidum facile corrumpitur, quoniam frigidum est, & ex facili congelatur.

Aquatilia sunt breuiora in vita gresibilibus.

Aquatilia autem gresibilibus minus longae vitae, non quia humida simpliciter, sed quia aquosa. Tale autem humidum facile corruptibile: quia frigidum, & congelabile de facili.

A signat causam longitudinis vitae in quibusdam animalibus in comparatione. Et diuiditur in partes duas. In prima probat, q aquatilia sunt breuioris vitae gresibilibus, in secunda, q sanguinem habentia sunt longioris vitae quae exanguia.

A signat causam accidentalem. Et primo proponit intentum, secundo asignat causam. In prima dicit q ex his, quae dicuntur, oportet accipere causam propter quam quaedam plantae sunt longioris vitae quibusdam animalibus. Habent enim propriam causam quare longioris vitae sunt in comparatione ad animalia, praeterquam ad entoma.

N. LEON.

Et quaecumq; sanguine carent eandem ob causam, nisi magnitudine sibi suffragentur. non enim pinguedinem, neq; dulcorem habent. In animalium namque genere pingue dulce est. & iccirco apes plerisque maioribus animalibus diuturnioris sunt vitae.

Et exanguia propter idem, si non magnitudine recompensentur, neque enim pinguedinem habent neque dulce. In animalium enim quod pingue, dulce. Propter quod apes longioris vitae alteris maioribus animalibus.

Declarat propter quam causam exanguia sunt breuioris vitae quam sanguinem habentia. Et dicit q exanguia

propter idem sunt breuioris vitae q sanguinem habentia: quia habent humidum aquosum, sunt. n. sine sanguine, sanguis vero est calidus & humidus: tale. n. aer cum est. Quia igitur carent sanguine, habent humidum aquosum: & talia sunt de facili corruptibilia. nisi fiat recompensatio humidi in magnitudine. Si enim humidum fuerit magnum, cum tamen humidum fuerit proportionale, erit longae vitae: quia, quae non habent sanguinem non habent nutrimentum dulce, neq; pingue. Si autem sunt animalia quae habent nutrimentum dulce, sicut sunt apes: talia sunt longioris vitae quibusdam animalibus habentibus.

Sanguis est calidus & humidus.

Animalia, quae habent nutrimentum dulce, sunt longioris vitae.

N. LEON.

In stirpibus autem sunt quae longissima sunt vitae, & quidem magis quam in animalibus. primum quidem, quoniam minus sunt aquosa. quoniam non de facili congelantur, deinde pinguitudinem habent & lentorem: & cum sicque sint & terree, non tamen facile siccitati obnoxium habent humidum.

In plantis autem sunt, quae longissime vitae & magis quam in animalibus. Primum quidem, quia aquosa minus: quare non facile congelabilia. Deinde habent viscositatem & frigiditatem & sicca & terrestria existantia non tamen habent facile siccabile humidum.

A signat causam longitudinis vitae in plantis. Et diuiditur in duas. In prima asignat causam longitudinis vitae in plantis, comparando ad animalia f m differentiam, in secunda secundum conuenientiam ibi. Accidit autem adhuc prima in duas. In prima asignat causam essentialem & naturalem. In secunda accidentalem. ibi. De hoc autem. In prima dicit q in plantis sunt quaedam, quae sunt longae vitae magis quam in animalibus. Et ratio huius est: quia minus habent humidum aquosum, & ideo minus congelabile & exiccabile. Iterum quia habent viscositatem. Et hoc patet, quia inflammabilia sunt cito, quae autem sunt cito inflammabilia viscosa sunt: & iterum habent frigiditatem terrestria & sicca: sed non habent siccitatem mortiferam, sed reprimentem & domantem humidum. Sed non propter hoc habent humidum de facili exiccabile: quia aereum est, no aquosum. Secundo ibi.

Quod autem diuturnior arborum sit natura sumere causam oportet: peculiarem namque habent illam animalium respectu, exceptis tamen insectis.

De hoc autem quod est naturam arborum esse durable: oportet accipere causam. Habent. n. propriam ad animalia, praeterquam ad entoma.

A signat causam accidentalem. Et primo proponit intentum, secundo asignat causam. ibi. Iuuenes. In prima dicit q ex his, quae dicuntur, oportet accipere causam propter quam quaedam plantae sunt longioris vitae quibusdam animalibus. Habent enim propriam causam quare longioris vitae sunt in comparatione ad animalia, praeterquam ad entoma. Secundo ibi.

Noua enim continuo sunt stirpes, iccirco diuturnae. Semper enim alij quidem exeunt rami, alij vero senescunt, radicem quemetiam similis est modus, sed non simul omnino: sed aliquando quidem stirpes solum, & rami interierunt, alij autem suborti sunt. Cum autem sic se habuerint radices, alia sane ex restanti sunt: & hoc semper perseuerat modo, alia quidem corrumpunt, alia vero genitae: & ideo protensa sunt vitae.

Iuuenes enim semper plantae sunt, propter quod multi temporis. Semper enim altera generationes, haec autem senescunt,

In plantis sunt quaedam quae sunt longae vitae magis quam in animalibus.

N. LEON.

N. LEON.

nescant & radices similiter, sed non simul, sed aliquando quidem solus stipes & rami perierunt: alteri autem iuxta nati sunt. Cum autem sic fuerint radices, alia ex existente generantur, & sic semper manet: hoc quidem corruptum, hoc autem factum, propter quod longe vitae.

A signat causam huius. Et primo facit hoc, secundo comparat plantas ad animalia quantum ad hoc. ibi. Assimilantur. In prima dicit q causa quare plantae quaedam sunt longioris vitae quibusdam animalibus est, quia reuiuiscunt semper: & propter hoc multum tempus durant germinationes, ita q modo germinat vnus ramus, & alius exiccatur. Similiter modo germinat vna radix, alia exiccatur, sed non simul. Non enim simul semper radix germinat, & radix exiccatur: sed contingit q radix germinat: & stipes & rami exiccantur sunt & corrupti: & alij iuxta illos nati sunt. Cum autem radices fuerint alij, & alia fit generatio radicis ex praesentibus radicibus. Vel quod exponatur ex, id est post: vt sit sensus (ex existente generantur) id est post radicem existentem generantur aliae: & sic semper istud corrumpitur, illud autem generatur.

Et propter hoc plantae videntur esse longae vitae, & longioris quibusdam animalibus. Vtrum autem talis plantae sit vna & eadem numero nunc & prius, dubium est. Sic autem est de plantis, vt de animalibus. In animalibus autem forte est vna pars, per cuius vnitatem animal est vnus: sicut cor. si enim cor vnum, & animal vnum: si non est vnum, animal non est vnum secundum numerum, immo aliud: & hoc dicit Arist. in lib. de Animalibus. Querit. n. de monstris, vtrum sit vnum animal numero: vt si habeat duo capita vel vnum caput, q partes inferiores duplices: & dicit, q si cor vel proportionale ei est vnum, animal est vnum, si non, non. Similiter dicendum est de plantis. q si est vna pars in plantis, per cuius vnitatem dicitur planta vna, q consistit in contractu trunci & radicis, q sit vna & planta vna: si vero non est vna. Secundo ibi.

Similes autem sunt stirpes insectis, vt dictum est prius. diuise namque viuunt, duosque: & multa de vna efficiuntur. Assimilatur autem plantae entomis, sicut dictum est prius. diuise enim viuunt, & duo & multa sunt ex vna.

Comparat plantas ad entoma. Et primo secundum conuenientiam. Secundo secundum differentiam. ibi. Entoma aut. In prima dicit q planta in hoc assimilatur entomis, q sicut entoma decisa viuunt, quia habent vniam animam, quae actu est vna, sed virtute & potestate plures: similiter plantae habent animam, quae quidem actu est vna, potentia autem plures. Secunda ibi.

Vtrum insecta ad vitam usque actum perueniunt, multum vero temporis durare nequeunt. instrumentis enim carent, neque illa quod in vnoquoque est principium efficere potest. id autem, quod est in stirpe, potest. vbiq; enim cum radicem, tum candicem potestate habet, quoniam ex ea semper aliud quidem nouellum prouenit. Aliud vero senescens, ita quod parui refert vt eo sint diuturnae modo, quo sunt ille q transferuntur: in ipsa namque translatione istud quodammodo accidere quispiam asseuerare potest, pars enim quaedam est id, quod transfertur. Verum in translatione quidem separatis ita accidit partibus: ibi autem per continuum, causa vero, quoniam vbiq; potestate inest principium.

Entoma autem usque ad viuendum peruenerunt, multo autem non possunt tempore. Non enim habent organa, neque facere potest ipsa principium in vnoquoque: quod autem in planta, potest. vbiq; enim radicem & germen, potentia.

Entoma autem quae deorsum, longioris vitae, quae autem sensescens, modico aliquo differentia in esse longae vitae: sic quemadmodum quae asplantantur. Et enim in asplantatione modo aliquo dicit vbiq; quis eadem accidere. Particula enim quaedam est quae asplantatur. In asplantatione quidem igitur separatis, accidit hoc: ibi autem per continuum. Causa autem, quia inest vbiq; principium, virtute existens.

Comparat plantas ad entoma secundum differentiam. Et dicit q quauis plantae conueniunt cum entomis in hoc q sicut entoma decisa viuunt, sic & plantae. In hoc tamen differunt, q entoma licet decisa viuant, tamen multo tempore viuere non possunt. Et ratio huius est, quia ad hoc q possent conseruari in esse oportere q haberent organa diuersa, vt os & stomachum. Nunc autem non habent.

Non enim possunt habere in quacumque parte principium quo recipiant nutrimentum: & ideo non possunt multo tempore viuere: possunt tamen per aliquod tempus, quia possunt esse per aliquod tempus, abq; hoc q recipiant alimentum. Sed plantae decisa multo tempore viuere possunt, & ratio huius est, quia fere habent in qualibet parte potentia & virtute germen & radicem, habet. n. in nodis. Ideo decisa viuunt per multum tempus, quia possunt trahere alimentum: & quia habent germen possunt generare. Ita q modo generatur vnus ramus & alius corrumpitur: & modica est differentia quantum ad esse inter ista: vnde sic accidit in istis, sicut in asplantatis. In asplantatis enim mouetur vnus ramus de vno loco, & asplantatur alibi. Sic in proposito vnus ramus corrumpitur, & alius generatur. In hoc tamen est differentia, quia in asplantatis accidit hoc in diuersis: sed in proposito hoc accidit in vno & eodem individuo. Causa autem quare ramus sic potest asplantari, est, quia quasi in qualibet parte, potentia, & virtute existit principium, ex quo potest accipere alimentum & alius ramus generari. Deinde cum dicit.

Accidit autem in animalibus & in stirpibus. In animalibus etenim mares magna ex parte sunt diuturniores. Horum vero summas partes iniis sunt maiores. Pomilionis namque speciem magis refert mas quam femina: sursum autem est calidum, frigidum vero deorsum. In stirpibus autem quae grauioris sunt capitae ea nimium longioris sunt vitae. Tales vero sunt quae non sunt annuae, sed arboresae. Sursum enim plantae & istius caput est radix. Annuae autem inferne cum augmentum, tum fructus capiunt.

Accidit autem idem in animalibus & plantis. In animalibus enim longioris vitae masculi, vt in pluribus. Horum autem superiora maiora, quam inferiora. Magis enim natus masculus quam femella. In superiori autem calidum, & frigidum in inferiori. Et plantarum quae capite graues, longioris vitae. Tales autem quae non epetecia, sed arboresae. superius enim planta & caput, radix est. epetecia autem inferioris, & fructus accipiunt & augmentum.

A signat causam longitudinis vitae in plantis per comparationem ad alia secundum conuenientiam. Et primo facit hoc. Secundo excusat se ab insufficienti determinatione: & dat intentionem suam respectu partis sequentis. ibi. Sed de hoc quidem. In prima dicit q idem accidit in animalibus & plantis, sicut accidit in animalibus, quod masculi vt in pluribus sunt longioris vitae quam femellae: masculus enim & femella in proprie inueniuntur in plantis. Masculus enim proprie dicitur, qui potest generare in alio: femella, in qua aliquid potest generari ab alio.

Entoma autem usque ad viuendum peruenerunt, multo autem non possunt tempore. Non enim habent organa, neque facere potest ipsa principium in vnoquoque: quod autem in planta, potest. vbiq; enim radicem & germen, potentia.


Entoma quae deorsum, longioris vitae, quae autem sensescens, modico aliquo differentia in esse longae vitae: sic quemadmodum quae asplantantur. Et enim in asplantatione modo aliquo dicit vbiq; quis eadem accidere. Particula enim quaedam est quae asplantatur. In asplantatione quidem igitur separatis, accidit hoc: ibi autem per continuum. Causa autem, quia inest vbiq; principium, virtute existens.

Entoma quae deorsum, longioris vitae, quae autem sensescens, modico aliquo differentia in esse longae vitae: sic quemadmodum quae asplantantur. Et enim in asplantatione modo aliquo dicit vbiq; quis eadem accidere. Particula enim quaedam est quae asplantatur. In asplantatione quidem igitur separatis, accidit hoc: ibi autem per continuum. Causa autem, quia inest vbiq; principium, virtute existens.

Plantae decisa, longioris vitae, quae autem sensescens, modico aliquo differentia in esse longae vitae: sic quemadmodum quae asplantantur. Et enim in asplantatione modo aliquo dicit vbiq; quis eadem accidere. Particula enim quaedam est quae asplantatur. In asplantatione quidem igitur separatis, accidit hoc: ibi autem per continuum. Causa autem, quia inest vbiq; principium, virtute existens.

N. LEON.

N. LEON.



ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione.

Cum Petri de Aluernia præclarissima expositione.

SVMMA LIBRI.

De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, Inspiratione & Respiratione, quibus animalium vita consistere ac diuersificari dicitur causis, & naturæ ipsorum modis, tñ ex propria, tum ex aliorum sententijs exquisite tractatur.

LECTIO PRIMA.

Viuentium omnium vnã eandemque numero esse partem, qua viuūt: ipso vero esse plures & diuersas, caulaque in medio esse.

De Iuuentute autem & Senectute, & de vita & morte, nunc est dicendum. Et fortasse necesse erit simul spirationis explicare causas. quibusdam enim animalium ob hoc ipsum cum viuere tum non viuere contingit.

De Iuuentute autem & Senectute, & Vita et Morte: nunc dicendum. Simul autem & de respiratione necesse est causas dicere. Quibusdam enim animalium propter hoc accidit viuere & non viuere.

Sicut dicit Philosophus Primo Physicorum, innata est nobis via ex nobis motioribus & prioribus, in notiora & priora naturæ. sumus enim secundum naturam rationales. rationis autem esse deuenire in cognitionem ignoti, q̄ non fit nisi per cognitionem alicuius prius magis noti: & cognitum non fit nisi ex cognitio. Hinc ergo innata nobis via est ex prioribus & notioribus nobis procedere in cognitionem ignoti. Sed nobis ignotiora, vt frequētius, sunt notiora naturæ: quia ignotiora nobis sunt magis entia, & talia sunt nota magis secundum naturam: ergo innata est nobis via ex notioribus procedere in notiora & priora naturæ. Priora & notiora nobis sunt vniuersaliora magis, cuius ratio est, quia illud quod est propinquius ei, q̄ est nobis maxime notum secundum intellectum, est nobis prius & notius q̄ in intellectum: & hoc patet per definitionem prioris & notioris. maxime autem nobis est notum ens simpliciter sumptum, quod est maxime vniuersale: huic autem est propinquius magis vniuersale, ergo prius & notius est nobis secundum intellectum: particularia autem, & minus vniuersalia, & magis determinata sunt notiora naturæ. Illud enim est notius secundum naturam, quod est magis ens actu, vt dicitur Nono Metaphy, minus autem vniuersalia, & magis determinata, sunt magis entia in actu: & ideo minus vniuersalia sunt magis notiora & priora naturæ. Procedendum est igitur nobis secundum naturam nostram ex vniuersalioribus magis, & indeterminatis ad minus vniuersalia & magis determinata. Et hunc processum tenuit Aristot. in omnibus suis considerationibus ferē, maxime autem in scientia Naturali. Primo enim considerauit ens mobile & de principiis eius: & de his, quæ consequuntur ipsam secundum q̄ huiusmodi, puta in lib. Physicorum, qui apud Antiquos dicitur de Naturali Auditu. In ipso enim considerauit de ente mobili & de principiis eius, & de his quæ insunt

N. LEON. Constat autem quod de Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, Inspiratione & Respiratione, nunc dicendum. Simul autem & de respiratione necesse est causas dicere. Quibusdam enim animalium propter hoc accidit viuere & non viuere. Sicut dicit Philosophus Primo Physicorum, innata est nobis via ex nobis motioribus & prioribus, in notiora & priora naturæ.

Arsti. in omnibus suis considerationibus ferē procedit ex vniuersalioribus et magis indeterminatis ad minus vniuersalia & magis determinata.

Insunt ipsi secundum q̄ huiusmodi, deinde considerauit de ente mobili sub ratione magis determinata: & quia prima determinatio entis mobilis videtur fieri per motum localem simplicem, qui est primus motus, ideo secundo determinauit de ente mobili secundum q̄ est primo mobile motu simplici ad vbi, & de contrariis eius, & principii, & per se passionibus secundum q̄ huiusmodi. Et hoc fecit in libro de Cælo & Mundo. post hæc autem fit determinatio entis mobilis per motum ad formam, simpliciter autem ens mobile ad formam proprie est generabile & corruptibile, & ideo tertio considerauit de ente secundum q̄ est generabile & corruptibile in vniuersali: & quia eiusdem scientiæ est considerare aliquod genus: & primum in illo genere, ideo in eadem tertia parte considerauit de generabilibus & corruptibilibus, quæ sunt causa generationis & corruptionis in alijs. fecit autem hoc in libro de Generatione. Sequens autem determinatio entis mobilis fit per motum ad formam mixti, secundum quod mixtum est. Sed est considerandum q̄ de corpore mixto in vniuersali pōt esse triplex consideratio, est enim quoddam corpus mixtum, quod non vere mixtum est ex quatuor elementis, sed in via ad mixtionem: vel magis ad mixtum, quod fit per hoc q̄ vnum elementum mouetur ad locum alterum: & alteratum ad naturam illius, constituitur medium quodammodo, vel generatur in loco eiusdem multum alteratum ad naturam ipsius. Et de tali corpore mixto, & de causis, & principiis eius, & de his quæ insunt ei secundum q̄ huius, fecit Philosophus considerationem in tribus libris Primi Meteor. scilicet in quibus determinatur de Meteorologicis, à quibus liber ille denominatur: quod dico propter finem Tertij, vbi considerationem quædam facit de generatione mineralium in vniuersali, puta in illo capitulo. Quæcumq̄ autem in ipsa terra inclusa. Aliud est mixtum vere ex quatuor elementis, & quia eiusdem est considerare aliquam naturam vniuersaliter, & primum in illa natura, sicut ens vniuersaliter, & ens primum: sicut patet ex quarto Metaph. prima autem in genere mixtorum secundum naturam sunt mineralia, ideo in eadem parte considerandum esset de mixtis in vniuersali, & mineralibus: sed non est à Philosopho traditum: vel si est, nobis non apparuit, quamuis ab aliquibus traditum inueniatur. De mixtis autem in vniuersali non habemus à Philosopho, nisi in quantum determinauit de ipsis secundo de Generatione, nec de mineralibus, nisi quantum præter dixerat in fine Tertij Meteororum. Sunt etiam quædam passionis & proprietates, quæ sequuntur tã vere mixta, quam que dicuntur admixta ratione qualitatium primorum corporum simplicium secundum q̄ huiusmodi, vt puta generatio, corruptio, putrefactio, digestio, indigestio, liquatio, coagulatio, & species earum, de quibus Philosophus considerationem facit in Quarto Mete. Propter quod Alex. dicit in commentario suo super eundem Quartum, q̄ melius continuatur lib. de generatione quam primis libris. Dicunt tamen aliqui q̄ in eisdem sit consideratio de mixtis in vniuersali, secundum q̄ mixta sunt, sed primum videtur rationabilius. Vltimus determinatio entis mobilis fit ad formam mixti animati, puta de corpore animato, & de his quæ insunt secundum q̄ animatum est, & de ente secundum q̄ mobile est ad huiusmodi formam mixti animati, puta de corpore animato. Et de his quæ insunt per se, hæc sit consideratio in sequentibus libris. Ita autem consideratio de corporibus animatis distinguitur in tres partes. In eam: quæ est de anima, & in eam, quæ est de communibus passionibus animæ & corporis. Et in illa, quæ

Triplex est consideratio in vniuersali de corpore mixto.

T. cap. primo.

Abstrus.

Cap. 12.

est de corporibus animatis, cuius ratio pōt sumi ex hoc: quia sicut Philosophus dicit in primo de generatione partium animalis. Quando aliquod commune consequitur aliqua plura oportet seorsum considerare illud commune, ne oporteat idem sepius repetere considerando singulas partes illius: anima vero communiter inest omnibus corporibus animatis sicut actus, similiter & passionibus prædictæ consequuntur omnia vel plura illorum, & ideo seorsum considerandum est de anima, & de passionibus eius. Sed intelligendum q̄ passionum convenientium animæ & corpori, quædam sunt, quæ sufficiēter causantur in corporibus animatis ab anima, quædam autem in hoc dependent ex aliqua causa, vel dispositione corporis, vel aliquo exteriori: & de illis, quæ sufficienter ab anima causantur secundum q̄ huiusmodi, non oportet considerationem esse separatam ab illa, quæ de corporibus, vel ab illa, quæ est de anima, illæ vero quæ dependent ex causa extrinseca possunt considerari secundum ordinem quem habent ab anima, puta secundum quod causantur ab anima, vel secundum principium cognoscens ipsius. Et secundum hanc rationem consideratur de ipsis in lib. de Anima, & sic considerat Philosophus de Nutrimto & Nutribili, & Senti re & Sensibili, & Motiuo & Mobili in libro de Anima, vel possunt considerari secundum illud quod sunt, & secundum quod dependent à causa extrinseca, vel ex dispositione corporis: & sic possunt seorsum considerari ab anima. Secundum vero hanc rationem Philosophus considerauit de ipsis in parte scientiæ Naturalis, quæ inscribitur de passionibus communibus animæ & corporis. Distinctio autem harum passionum potest accipi secundum distinctionem partium animæ, partes autem animæ secundum Philosophum Secundo de Anima sunt quatuor secundum gradus viuentium, scilicet vegetatiuum, motiuum, sensitiuum, & intellectuū. Intellectiuum autem nulla sequitur passio communis eius & corporis: quoniam per se non vitur corpore, cum nō sit virtus organica: & ideo relinquuntur quod passionibus prædictæ distinguuntur secundum distinctionem trium partium: ita quod quædam consequuntur vegetatiuum, secundum quod vegetatiuum, quædam sensitiuum, quædam motiuum secundum quod motiuum. Ille vero quæ consequuntur vegetatiuum, sunt secundum doctrinam consideranda prius. Sicut enim vegetatiuum prius est secundum viam naturæ & doctrinæ secundum Philosophum: & sensitiuum motiuo, sicut apparet ex secundo de Anima, sic passionibus vegetatiui præcedunt passionibus sensitui, & hæc illas, quæ motiuo. Vegetatiuum autem potest considerari quantum ad acceptiorem naturæ, vel esse, vel quantum ad ipsam naturam vel debetur ei generatio, quæ est via in esse eorum, quantum ad secundum, vita, quæ est vel ipsa natura, vel operatio consequens naturam: quantum ad tertium, mors. Vita autem vegetabilium consideratur, vel secundum se, vel quantum ad causas, vel quantum ad ea quibus conseruatur in esse, vel quantum ad dispositiones consequentes ipsam. Illa autem, quibus conseruantur, sunt duorum generum. Vita enim in illis consistit per calidum continue resoluens humidum: & ideo continua fit in habentibus ipsam deperditio: propter quod nutrimento indigent. Nutrimento autem dicitur ad nutribile: & ideo circa viuētia oportet considerare de nutrimento & nutribili. Iterum vita constat per calidum, quod indiget refrigeratione, vt apparet infra: & ideo circa ipsam consideranda est causa talis refrigerationis & motus secundum quem fiunt dispositiones, quæ consequuntur

T. cap. 12.

Text. c. 3. Vegetatiuum expliciter considerari potest.


Vita constat per calidum, quod indiget refrigeratione.

Masculi sunt magis nani quæ femellæ.

N. LEON.

Respondet ea etiam obiectio.

Explicit Liber de Longitudine & Brevitate Vita, cum expositione Fratris Petri de Aluernia.



114

sequuntur viuentia vel consequuntur ratione commix- tionis qualitatum secundum aliquam proportionem, sicut sanitas & infirmitas, vel consequuntur dispositionem alicuius partis organicę principaliter, sicut Iuuetus & Senectus. Est enim iuuentus augmentatio, & partis refrigeratio: Senectus est defectus eiusdem cuius est pulmo, vel branchię, vel aliquid proportionale. Circa vitam autem oportet considerare causas vitę absolute, uel causas longitudinis & breuitatis ipsius, ergo ad perfectã cognitionem vegetabilium oportet omnia ista considerare. Mors autem & generatio in vegetabilibus attributionem habet ad vitam, generatio quidem est sicut vita, mors vero sicut priuatio. Similiter refrigeratio naturalis calidi, in quo consistit vita attributionem habet ad ipsam sicut conseruatiuum. Iuuentus autem & Senectus similiter attributionem habent ad ipsam sicut diuersi status eiusdem, & ideo de istis omnibus consideratur in lib. de Morte & Vita, secundum q. habent attributionem ad vitam. Sic enim de ipsis quodammodo est scientia vna. & circa ista, primo considerandũ est de morte & vita, quia ista priora sunt secundũ generationem, propter quod & via doctrinę. Deinde de nutrimento & nutribili, quibus indigent uiuentia ad perfectionem & cõseruationem. Deinde de causis longitudinis & breuitatis vitę. Illud n. quod est causa vitę amplius vel minus, factum est causa longitudinis & breuitatis vitę, quę pręcedit considerationem de morte & vita, quia ibi considerat de causis cuiusdam corruptionis animalium, quę supponitur in libro de Morte & Vita.

Generatio est sicut vita, mors vero sicut priuatio.

Librum de Senectate & Mors in fine huius in fine libri de Senectate...

Diuisio scientię naturalis quę est de corporibus animalibus...

vita, vel de iuuentute & senectute, de vita, & de his, quę attribuuntur ei, puta inspiratione & respiratione. Iuuentute & senectute, & morte determinare. Diuiditur autem iste liber in duas partes, proemium, & tractatum, in proemio dat intentionem suam. In tractatu prosequitur suum intentum. Secunda ibi { Quoniam autem de anima } in prima dicit q. postquam determinatum est de causis longitudinis & breuitatis vitę, tam in plantis quàm in animalibus, consequenter dicendum est de iuuentute & senectute, qui sunt quidam status uiuentium. Iuuentus quidem est quidã status perfectus, senectus autem est status defectus. Similiter dicendum est de vita & morte, quę quidem est terminus vitę. Similiter dicendum est de infrigidatione, quę in quibusdam fit per inspirationem & respirationem; in quibusdam autem fit per inspirationem, & non aliter. Refrigeratio autem necessaria est uiuentibus propter saluationem naturalis calidi, determinandum est igitur de causis respirationis & inspirationis. hoc autem faciendum est, quia quibusdam animalibus inesse viuere propter respirationem, non viuere autem siue mors p. defectum respirationis. Sic igitur patet q. dat intentionem suã respectu trium, quorum est primum iuuetus & senectus; 2. mors & vita: tertium est inspiratio & respiratione. Dicit autem quibusdam, quia in quibusdam animalibus magis manifestum est respirationem esse necessariam ad vitam, q. in alijs: & defectum ipsius esse causam mortis. Secũdo ibi.

N. LEON.

Quoniam autem de anima in alijs est determinatum, palamq; est quod illius essentia corpus esse non potest, sed tamen quod in aliqua corporis existat parte manifestum est, & in eiusmodi sanẽ aliquo, quod potestatem habet in partibus, alie certę ipsius siue partes seu potentie, siue quomolibet illas vocare deceat, in presentia obmittantur.

Quoniam autem de anima in alijs terminatum est, & palam quoniam non est possibile substantiam ipsius esse corpus, sed tamen quod in aliqua existat corporis particula manifestum est, & in hac aliqua habentium virtutem in particulis. Quę quidem igitur alię anima, aut partes, aut virtutes, qualitercũque quidem oportet vocare, dimittantur nunc.

Prosequitur intentum suum. Et diuiditur in duas. Quia enim prius oportet considerare causam quãm effectum, in quibus causa notior est, refrigeratio autem est causa vitę & mortis, ideo primo determinat de refrigeratione, secundo de morte. ibi { Est quidem igitur } tertio redit ad determinandum modum refrigerationis in animalibus. ibi { Tria autem sunt necessaria } Et adhuc prima in duas, primo resumit quędam determinata in libro de Anima, secundo de infrigidatione determinat. ibi { Quęcũq; autem } In prima dicit q. cum in libro de Anima sit determinatum de anima, & de eis potentijs, manifestum est q. substantia & natura animę non potest esse corpus: quia corpus habet nõ esse in corpore aliquo, sed est subiectum alterius: anima autem habet esse in aliquo: ideo nõ est anima corpus. Sed tamen quãuis non sit corpus, existit nihilominus in aliqua parte corporis determinata. Sed est considerandum q. anima duobus modis potest considerari. Vno modo secundum suam substantiam. Alio modo secundum suas potentias & virtutes, mediantibus quibus operatur. Si primo modo consideratur secundum suam substantiam, perficit sic totum corpus, qui tota ipsa est in toto, & tota in qualibet parte: sicut albedo tota est in tota superficie, & tota in qualibet parte: tota quidem est secundum suam essentiam, non secundum suam quantitatem. Si consideretur secundum potentias & virtutes, secundum quas operatur, cum ad operationes suas per

Anima que re non potest esse corpus...

istat virtutes requiruntur partes corporis, secundum istas virtutes est anima in diuersis partibus: ut secundum potentiam visiuam, in oculo: auditiuam in aure, & sic de alijs: & sic loquitur philosophus hic, q. anima est in aliqua parte corporis determinata secundum q. per virtutem suam determinat sibi aliquam partem corporis, quę quidem pars assignata est de numero partium habentium virtutem aliquam, & in illa est anima. Et subdit dicens, q. utrum istę virtutes, quę insunt animę secundum diuersas particulas corporis debeant dici virtutes, vel potentie, vel partes animę, ad præsens dimittatur. Non n. refert ad propositũ, utrum sint partes vel potentie siue virtutes, verũ est q. Plato voluit q. essent diuersę aie in diuersis partibus corporis, sed illud nõ est de intentione Arist. Secũdo ibi.

Plato etc. N. LEON.

Qua autem re & animalia dicuntur, & viuere, in ipsis quę vtrunq; adepta sunt (dico autem vtrunq; & animal esse, & viuere) necesse est vnam & eandem esse partem, per quam & viuunt, & id animal nuncupamus.

Quoniam autem animalia dicuntur & viuere, in his quidem quę adepta sunt in vtraq; hac dico autem vtraq; & quod est esse animal, & quod viuere: necesse est eandem esse & vnam particulam, secundum quam viuunt & secundum quam appellamus ipsum animal.

Determinat de infrigidatione, & circa hoc duo facit. Primo probat ipsam esse necessariam uiuentibus, secundo cum dicit { Quoniam autem omne viuens } determinat quomodo fiat. Circa primum duo facit primo probat q. oia uiuentia habent aliquam caliditatem naturalem, quam necesse est saluari si uiuant animata. secundo cum dicit { palam igitur } probat ipsam esse necessariam. Prima in duas. In prima ostendit q. in omnibus uiuentibus primum principium partis animę vegetatiuę est in aliqua parte determinata, secundo ostendit q. in illa parte est calidum, quod oportet saluari. ibi { Omnes autem partes } Adhuc prima in duas. Primo ostendit q. in omnibus uiuentibus primum principium animę vegetatiuę est in aliqua parte determinata ex habitudine sensus ad partem animę nutritiuę, secundo probat hoc per alias rationes. ibi { Sed principium } Adhuc prima in duas. In prima ostendit q. in omnibus animalibus necesse est vnam & eandem partem esse, secundum quam primo viuunt animalia, & secundum quam est animal, secundo ex hoc probat intentum suum. ibi { Quoniam igitur proprietari } Adhuc duo facit. Primo proponit quod intendit, secundo probat. ibi { Animal quidem enim } In prima dicit q. in omnibus illis, quę dicuntur animalia & viuunt, ita quod ista duo habent, scilicet & q. viuunt, & q. sunt animalia, necessarium est vnam & eandem particulam esse secundum quam primo viuunt, & secundum quam primo sunt animalia. Secundo ibi.

N. LEON.

Animal enim vt animal est quod non viuat fieri non potest: quod vero viuat, eo animal existere non est necessarium. Stripes enim viuunt quidem, sensum autem non habent: ipsa vero sentiendi facultate animal a non animal determinamus. Numero igitur vnam & eandem, essentia vero multiplicem & diuersam hanc esse partem necesse est. non enim idem omnino est esse animal, & vita frui.

Animal quidem enim secundum quod animal, impossibile est non viuere. Si autem viuunt sic animal existere non necessarium. plantę enim viuunt quidem, non habent autem sensum. persentire autem animal a non animal determinamus. Numero quidem igitur necessarium vnam esse & eandem hanc particulam, inesse aut plures & alteram. Non enim idem sunt animal esse, & viuere.

Probat hoc. Et intendit istam rationem. Secundum illud, secundum quod animal viuunt, primõ & realiter est animal. ergo necessarium est esse eandem particulam secundum quam primo est animal, & viuunt. Consequentia manifesta est, nec tam declarat, sed declarat antecedens, & dicit q. impossibile est q. animal secundum quod aial non viuat: ergo secundum quod primo est animal, primo viuunt. Nam si non, da oppositum q. non viuat: sequitur si non v. t. q. non sit animal, & tale debet esse sine vita, quod est impossibile. Quare secundum q. primo est animal viuunt. & dico secundum q. primo est animal, & non econuerso: quia non est necessarium quod, si aliquid viuunt, quod sit animal. plantę enim viuunt, & non sunt animal: quia non habent sensum: animal autem est animal per sensum. Et concludit vterius consequens, quod necessarium est esse eandem particulam, secundum quam primo viuunt aliquid, & est animal, numero quidem vnũ & subiecto, sed rationem differunt. Quauis n. idem sit subiecto & esse animal & tamen ratione differunt: quia aliud est esse animal, & viuere. Secundo ibi.

Si sic id est animal...

Quoniam igitur singulorum sensitiorum, vnum quiddam commune est sensitierum, ad quod sensationes actũ, necessario conueniant ad autem medium est cum priorum, tri posteriorum partium: (Prior namq; dicitur pars vbi nobis sunt sensus. Posterior vero quę ei est opposita.) Prater ea etiam cum uiuentium corpora per sursum & deorsum diuidantur, omnia nanque superius habent & inferius: quare stirpes etiam manifestum sanẽ est quod in medio illorum aliter animę principium constituetur.

N. LEON.

Quoniam igitur propriorum sensitiuorum vnum ali- quod commune est sensitiuum, in quod eos, qui secundum actum sensus, necessarium est obuare: hoc autem vtriq; erit medium anterioris vocati & posterioris (anterius quidem enim dicitur, in quo est nobis sensus, posterius autem oppositum.) Adhuc autem diuisio corpore uiuentium omnium superiorum & inferiorum, omnia enim habent superius & inferius. Quare & plantę palam est, quia nutritiuum principium habebunt vtriq; in medio horum.

Probat intentionem suam, scilicet q. primum principium partis animę vegetatiuę sit in aliqua parte corporis determinata, & vult probare q. sit in medio superioris & inferioris, anterioris & posterioris. Et diuiditur in partes tres. In prima facit quod dictum est. In secunda exponit quoddã dictũ, ibi { Particula, n. } In tertia assignat rationem nominis particule illius medię. ibi { Tribus autem existentibus } In prima intendit istam rationem. Eadem est particula, secundum quam aliqua sentiunt & nutriuntur: sed particula, secundum quam primo sentiunt, est in medio superioris, inferioris, anterioris, & posterioris: ergo particula, secundum quam animal primo nutritur, est in medio superioris & inferioris, anterioris & posterioris. Huius rationis Maior probata est in præcedenti particula: sed Minorē probat, & dicit q. sensus particulares & proprii habent sensum communem, ad quem terminatur alterationes sensuum propriorum, & quod hoc sit verum patet ex tertio de Anima. patet enim quod homo iudicat differentiam inter sensibilia diuersorum sensuum, vt inter album & dulce, quod non potest facere per sensum aliquem particularem: & ideo oportet ponere sensum, per quem hoc ipse faciat, & iste est sensus cõmunis. Item, manifestum est q. sensus particularis non iudicat de sua operatione: ergo oportet q. sit aliqua virtus, quę hoc faciat: hoc autem est sensus cõmunis. est igitur ponere vnum sensum cõmunem omnibus sensibus proprijs. Istę autem sensus

A te. 145 usque 149. Rõnes quibus probatur necessitas ponendi sensum cõmunem.

Sensus cõmunis nõ ubi ponatur.



sus communis est in media parte anterioris & posterioris, superioris & inferioris. & huius ratio potest esse, quia proximum movens, & proximum motum debet esse simul. Primum & proximum movens in animali est sensus communis, primum motum est cor: ergo sensu communis commune est in corde. sed cor est in medio anterioris & posterioris: ergo & sensus communis. Particula igitur, secundum quam animalia primo sentiunt est in medio anterioris & posterioris. Dicitur autem antequam vnde fit motus sensibilium in ipsos sensus: posterius pars opposita. Iterum, cum corpus cuiuslibet viventis dividatur in superius & inferius, erit hoc in medio superioris & inferioris: si ergo primum nutrimentum sit in eadem parte cum principio sensu, & illud est in medio anterioris & posterioris, inferioris & superioris: palam quod principium nutrimentum est in medio superioris & inferioris, anterioris & posterioris. Secundo ibi.

N. LEON.

Per quam enim pars cibum ingreditur superiorem vocamus, ad ipsam, scilicet respicientes, non ad universam. Inferiorem autem per quam excrementum demittunt primum. Particulam enim, secundum quam ingreditur alimentum superius vocamus, ad ipsam respicientes, sed non ad ambiens totum: deorsum autem, secundum quam superfluum dimittunt primo.

Exponit quoddam dictum, facta enim est mentio de superiori & inferiori in plantis: ideo hic ostendit quod vocatur in plantis superius & inferius. & primo facit hoc, secundo ostendit quantum ad hoc diversitatem inter plantas & animalia. Habet autem contrarie. In prima autem intelligendum est quod in plantis, ista scilicet superius & inferius, dextrum & sinistrum, ante & retro, sunt determinata secundum virtutem, dicitur autem antequam principium motus sensibilium in ipsos sensus: posterius autem pars opposita, dextrum vero principium motus localis, sinistrum vero pars opposita. Superius, vnde alimentum fumitur, inferius, pars opposita. Secus autem in universis. Ideo dicit quod pars illa in plantis, in qua vel secundum quam recipitur alimentum, dicitur esse superius: pars autem, secundum quam superfluum emittit, dicitur esse inferius. & est inspicendum ad plantas non ad universum: contrario enim est inferius & superius in plantis & in universis. Secundo ibi.

N. LEON.

Id autem contrario se habet modo in animalibus & stirpibus. Homini etenim propter rectam naturae conformationem ex animalium numero, superiorem potissimum habere contingit partem ad id quod in universis est sursum: alij vero intermedia, ipsis autem stirpibus, quae loco non moventur, alimentumque de terra capiunt, necessarium est inferius hanc ipsam semper habere partem: radices enim in stirpibus proportionem respondent ei, quod os in animalibus appellatur: per quod illa quidem alimentum de terra capiunt, haec vero ex seipsis.

Habet autem hoc contrarie in plantis & animalibus. Homini enim propter rectitudinem maxime existit hoc animalium, habere eam, quae sursum particulam, ad id quod totius sursum: alij autem intermedia: Plantas autem immobilibus existentibus & accipientibus ex terra alimentum, necessarium semper deorsum hanc habere particulam. Proportionales autem sunt radices plantis, & quod vocatur os animalibus: per quod alimentum haec quidem de terra accipiunt, haec autem per ipsa.

Secundo de Asta ux. 6. & 38.

Asignat diversitatem quantum ad superius & inferius in animalibus & plantis. Et dicit quod superius & inferius est conuerso se habent in plantis & in animalibus. homo enim propter rectitudinem, quam habet maxime inter omnia animalia habet particulam illam, quae superius dicitur ad sursum totius universi. Habet autem rectitudinem & superius ad superius universi propter duo. primum est quia homo est perfectissimum animalium, & maxime accedit ad aequalitatem Coeli, & ideo summi superius est ad superius universi. secundum est quod homo maiorem caliditatem habet, quam aliquod aliud animal secundum quantitatem sui corporis: calidus autem est dirigere ad superius, & ideo superius hominis est ad superius universi. Animalia autem alia medio modo habent superius, quia minus accedunt ad aequalitatem Coeli, & minus habent de calido dirigente. Plantae autem habent hanc particulam simpliciter ad inferius universi, & huius ratio est, quia plantae immobiles sunt: sursum autem in plantis est vnde recipiunt alimentum: recipiunt autem alimentum per radices, radices autem sunt terrae affixae. Quare sursum in plantis est ad inferius, & subdit quod radices in plantis proportionales sunt ori in animalibus. Sicut enim plantae per radices recipiunt alimentum ex terra, ita animalia per os recipiunt alimentum. Iterum, plantae imperfectissimae sunt, & minus habent de calido, quam bruta animalia. iterum minus accedunt ad aequalitatem Coeli, & ideo sursum in plantis est ad deorsum universi. Deinde cum dicit.

enim propter rectitudinem, quam habet maxime inter omnia animalia habet particulam illam, quae superius dicitur ad sursum totius universi. Habet autem rectitudinem & superius ad superius universi propter duo. primum est quia homo est perfectissimum animalium, & maxime accedit ad aequalitatem Coeli, & ideo summi superius est ad superius universi. secundum est quod homo maiorem caliditatem habet, quam aliquod aliud animal secundum quantitatem sui corporis: calidus autem est dirigere ad superius, & ideo superius hominis est ad superius universi. Animalia autem alia medio modo habent superius, quia minus accedunt ad aequalitatem Coeli, & minus habent de calido dirigente. Plantae autem habent hanc particulam simpliciter ad inferius universi, & huius ratio est, quia plantae immobiles sunt: sursum autem in plantis est vnde recipiunt alimentum: recipiunt autem alimentum per radices, radices autem sunt terrae affixae. Quare sursum in plantis est ad inferius, & subdit quod radices in plantis proportionales sunt ori in animalibus. Sicut enim plantae per radices recipiunt alimentum ex terra, ita animalia per os recipiunt alimentum. Iterum, plantae imperfectissimae sunt, & minus habent de calido, quam bruta animalia. iterum minus accedunt ad aequalitatem Coeli, & ideo sursum in plantis est ad deorsum universi. Deinde cum dicit.

Proprietas habet animalia rectitudinem superius ad superius universi.

Radices in plantis proportionales sunt ori in animalibus.

N. LEON.

Cum autem tres sint partes per quas omnia perfecta distinguantur animalia: una quidem, qua alimentum capiunt, altera autem qua excrementa deiciunt, tertia vero qua inter verumque est media: haec sane in maximis animalibus peccus appellatur, in alijs autem proportione quippe illi respondens distincta autem istae magis est pars alij quam alijs. Quaeque autem illorum gradus sunt ad eiusmodi ministerium adiunctas habent partes, quibus totam ferant molem, crura, & pedes: & quicquid istis similes habet vires.

Tribus autem existentibus partibus, in quas diuiduntur omnia perfecta animalium: una quidem, qua suscipit alimentum, una autem, qua superfluum emittit, tertia autem harum media: haec in maximis animalibus vocatur peccus, in alijs autem proportionale. Dearticulata autem sunt magis alterius altera. Quaeque autem ipsorum sunt processiva apponuntur & particulae: quae ad hanc administrationem quibus totum fertur, viros, crura, & pedes habentia eandem bis virtutem.

Declarat qualiter vocatur illa particula media, & dicit quod, cum sint tres particulae in animali: una per quam recipiunt alimentum: alia per quam superfluum emittit, & alia pars media: illa media vocatur in animalibus maximis peccus, in alijs autem proportionale est aliquid istius parti. Sunt enim quaedam animalia, quae istas partes habent magis dearticulatas & distinctas: quaeunque autem aliae particulae animalium, quae moventur motu progressivo, apponuntur propter istas particulas, sicut ossa propter sustentationem, caro propter repletionem istarum vacantem, & viros, & crura, & pedes, non sunt necessarii non simpliciter, sed si debet ire. Et propter hoc philosophus reddens causam istarum partium reddit ex line, & sic de alijs principalibus.

In exemplum viros in animalibus & crura, & pedes, in alijs quae sunt.

Tres partes in animalibus, media in alijs quae sunt.

N. LEON.

LECTIO. II. Ex ipsa animalium diuisione, & partium partem eam, quae animalia viuunt, in medio esse, manifestum sit.

Ceterum altricis principium anime in trium medio collocari partium, cum sensu, tum ratione perspicuum est.

Sed principium quidem nutritivum anime in medio trium particularum secundum sensum esse videtur & secundum rationem.

Post.

Postquam philosophus probauit quod principium partis alicui nutritivae sit in medio anterioris & posterioris, superioris & inferioris per habitudinem nutritivae ad partem sensitivae anime, hic probat per alias rationes. Et dividitur in partes duas. Primo enim ponit intentionem suam dicens, quod manifestum est quod principium partis anime nutritivae sit in medio trium particularum, & per rationes naturales, quae sumuntur ex sensu, & per rationem etiam communem & logicam. Secundo ibi.

N. LEON.

Pleraque enim animalium, utriusque ablatis partibus, ea scilicet quae caput vocatur, & ea, quae alimentum recipit cum ea sane viuunt in qua fuerit medium.

Multa enim animalia ablata utraque particularum: & ea, quae vocatur caput, & susceptiva alimenti viuunt, cum quocumque utriusque fuerit quod media.

Prosequitur, & circa hoc duo facit. primo probat intentionem per rationes proprias & naturales, secundo per communes, cum dicit. Secundum rationem autem. Circa primum proponitur rationes ostendentes suum propositum, secundo cum dicit. Secundum apparentiam inducit conclusionem intentam. Prima dividitur in tres secundum tres rationes, quas ponit, secundam ponit cum dicit. Adhuc autem in plantis. Sed adhuc quod principale. Prima in tres. Primo probat per signum, secundo manifestat suppositum quoddam, ibi. Palam autem tertio assignat diversitatem inter animalia & plantas. ibi. Necessario autem. In prima dicit, quod primum principium nutritivae anime sit in medio superioris & inferioris. Manifestum est quod videmus, quod multa animalia decisa utraque particula, inferiori parte, & capite, quod est pars susceptiva alimentum, pars media viuunt, & quocumque particula, in qua est pars susceptiva alimentum, pars media similiter viuunt: hoc autem non esset, nisi primum principium partis anime nutritivae esset in medio superioris & inferioris, anterioris & posterioris: ergo primum principium nutritivum est in dicta parte. Secundo ibi.

N. LEON.

Manifestum autem id est accidens in insectis ut vespis & apibus: & in istis etiam, quae ex insectorum genere non sunt. diuisa namque pleraque viuere possunt propter altricem animam potestatem. Huiusmodi vero partem actu quidem vna habent, potestate autem plures. eo enim, quo stirpes constat modo, stirpes namque desectae sepe atim viuunt, & ab vno principio multae fiunt arbores.

Palam autem in entomis & vespis & apibus hoc accidens: & multa autem non entomorum diuisa possunt viuere propter nutritivum. Talem autem particulam actu quidem habent vnam, virtute autem plures. eodem modo plantis constituta sunt: etenim plantae diuisae viuunt & sepe atim, & fiunt multae arbores ab vno principio.

Declarat illud signum, & habet duas partes. Primo facit hoc, secundo excusat se à determinatione cuiusdam quaestionis. ibi. Propter quam autem causam? In prima dicit quod manifestum est quod partibus illis decisis, pars illa media viuunt in animalibus entomis, i. incisis, quae habent ventrem ad vnam partem, caput ad aliam, colligato aliquo gracili & tenui, sicut sunt vespes & apes. multa, n. talium videtur viuere diuisa, & possunt. Hoc autem est propter principium nutritivum, quod est in partibus illis. Nec hoc accidit in talibus animalibus solum, sed etiam in pluribus non entomis, sicut in lumbricis terrae & similibus, propter eandem causam. Huiusmodi autem particula, in qua est primum principium partis anime nutritivae, in praedictis animalibus actu quidem est vna, sed virtute est plures: & quantum ad hoc consimiliter sunt constituta à natura ipsis plantis. videmus enim quod quaedam plantae decisa viuunt & fiunt multae ex

vna. & causa huius est, quia anima in plantis vna quidem est secundum actum, plures autem secundum virtutem: & perficit totam plantam actu, partes autem in potentia. Et sicut partes actu sunt vnum: plures autem potentia & virtute, ita anima actu est vna, & plures virtute: & sic plures actu per diuisionem. Secundo ibi.

N. LEON.

Quam vero ob causam ex quibus desectae viuere nequeunt, alia aut transferuntur stirpes, alius erit sermo: ceterum haec in re simili sane se habent modo stirpes & insectorum genus.

Propter quam autem causam haec quidem non possunt diuisa viuere: haec autem asplantantur plantarum, alter erit sermo. Sed similiter habent secundum hoc plantae & genus entomorum.

Excusat se à dissolutione cuiusdam quaestionis. Quereret enim aliquis, quia videmus quod plantae quaedam decisa viuunt: quaedam autem ita sunt quod, si planta dividitur, vna pars viuunt, alia non: quae huius ratio est. Et ratio dubitationis potest esse. Cum anima perficiat non solum illam partem, quae decisa viuunt, immo alias, quare utraque non viuunt à dissolutione huius excusat se. dicit quod propter quam causam ista pars decisa non viuunt si transplantatur, hoc ergo habet videri, sed alibi oportet fieri sermone de hoc, sicut in libro de Plantis. Sed tamen sciendum est ad praesens quod causa quare quaedam plantae decisa viuunt, quaedam non, non est ex parte substantiae anime nutritivae: quia illa totum & quamlibet partem perficit, sed hoc est ex parte illorum, quae necessaria sunt ad hoc quod planta viuat: ad hoc. n. quod viuat indiget potentia nutritiva primo, vel primo principio. Primum autem principium partis anime nutritivae est in aliqua parte: potest igitur sic abscindi planta, quod vna pars nihil habebit ex illo principio, alia autem totum habebit: & tunc illa pars, quae habet de illo principio nutritivo decisa, viuunt, alia non. Similiter planta decisa, in qua est primum principium partis nutritivae anime, si transferatur ad locum sibi proportionalem secundum complexionem viuunt: si vero non, non. non ergo est causa ex parte substantiae nutritivae anime, sed ex parte eorum, quae necessaria sunt ad hoc quod viuat planta. Deinde cum dicit.

Plantae aliis quare decisa viuunt.

N. LEON.

Necessarium autem est altricem animam actu quidem in istis, quae illam habent, esse vnam, potestate vero plures: similiter modo principium sensitivum. Sensum enim habere videntur ea quae praecisa sunt.


Necesse autem & nutritivum animam actu quidem, in habentibus, esse vnam, virtute autem plures. Similiter autem & sensitivum principium, videntur enim habere sensum diuisa ipsorum.

Comparat animalia ad plantas, quod ad quoddam dictum. Et primo secundum conuenientiam, secundo secundum diuersitatem. ibi. Ad saluari. In prima dicit quod in habentibus partem anime nutritivae oportet animam nutritivam actu esse vnam, virtute plures: & causa huius est, quia anima ipsa perficit totam plantam & partes: partes autem actu sunt aliquod vnum, plures secundum virtutem. similiter principium sensitivum est vnum actu, plures virtute. Videntur enim quaedam animalia decisa habere sensum, quod non contingeret si principium sensitivum non esset plures virtutes. Secundo ibi.

N. LEON.

Verum ad seruandam naturam stirpes quidem facultatem habent: illa autem id praestare nequeunt, quia instrumenta ad se seruandum haudquaquam habent: & alia quidem per quod alimentum ingeratur carent, alia vero eo quod id recipit: nulla autem cum alijs, tunc istis etiam utriusque.

si.



simili enim se habent modo huiusmodi animalia, tanquam si plura simul animalia cohererent. Quae autem optime con-

stituta sunt animalia istud minime pati videntur, quoniam illorum natura quoad eius fieri potest maxime est una. Quamobrem nonnulla partim praecise exiguum sane ostentant sensum, quoniam animalem quandam detinent affectionem. ablati namque visceribus palpant, ut testudines exempto corde.

ostendit diuersitatem inter animalia & plantas, & dicit quod quamuis ita est quod principium nutritiuum in ha-

Ratio diuisio- nis inter animalia & plantas quan- tum ad uita- post deorsum partium.

sumptam ex generatione animalium & plantarum, & ha- bet partes duas. Primo praemittit intentum suum, secun-

Ex semimibus namque generatio oibus contingit a medio. Quae enim ex spermatis est generatio, accidit omni-

Declarat. Et primo declarat in animalibus, secundo in plantis. ibi {Dythiron enim} tertio regreditur ad decla-

Cum enim bivalua sint omnia, qua coh. erent, continetur, & medium utrarumque est partium. hinc etenim & cau-

Dithyron enim existentibus omnibus secundum quod na- ta sunt: medium enim est utriusque particularum. hinc ra-

Probat illud idem de plantis per incisionem. Et dicit quod in plantis, quae non sunt orbatæ, sed sunt secundum quod

In animalibus autem sanguine praeditis cor primum for-

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

arent, id, quod cordi proportionem respodet, primum gigni est necessarium. Quod autem cor uenarum fit principium, &

Et animalium sanguinem habentium cor fit primo. Hoc autem palam ex quibus in contingentibus adhuc factis uide-

Regreditur ad declarandum istud idem in animalibus. Et intendit talem rationem. Primum principium genera-

re manifestum quod completio digestionis alimenti, ex quo per se generantur alia membra, est a corde. oportet igitur

Sed profecto quod praecipuum est sensuum in sanguinem habentibus omnibus, in hoc est necessarium naq; est omnium

Sed adhuc quod principale sensuum in hoc sanguinem ha- bentibus omnibus. In hoc enim necessarium est esse omnium

Declarat quod primum principium nutritiuum sit in medio superioris & inferioris per situationem primi sensiti-

Propter quid autem hi quidem sensuum manifeste tendunt ad cor. hi autem sunt in capite. (Propter quod & u-

N. LEON.

Tactus & gustus immo- diate tendunt ad cor.

N. LEON.

N. LEON.

LECTIO III.

Ex generatione animalium & plantarum, quod pars illa, qua uiuit quocumque animal, sit in ipso-

Præterea in stirpibus & in animalibus id palam est. & in stirpibus quidem si productionem ex semine, tum visio-

Adhuc autem in plantis palam & animalibus eam qua ex spermatis est generationem consideran-

Postquam philosophus probauit quod primum principium nutritiuum est in medio superioris, inferioris, ante-

Semen esse partem digesti- uam quod gignit in corde.

Cor est pri- mum quod ge- neratur.

Præterea di- uisiones tres, & quod opere- tur cor ad di- uisionem.

Medulla in plantis quod proportionem inter summas in animalibus non est primum principium nutritiuum.

Infer corollarium, vel melius excusat se à dissolutione cuiusdam questionis. Dixit enim qd duo sensus immedia...

Ratio quare sensus tactus & gustus immediate tendunt ad cor...

N. LEON.

Ex ijs igitur, que apparent, & que dicta sunt, est manifestum, quod in hoc...

Secundum apparentia quidem igitur palam ex dictis quod in hoc...

Concludit conclusionem principalem. Et dicit qd ex apparentibus, de quibus dictum est, manifestum est principium...

N. LEON.

Quod ratione etiam perspicuum est, quando in omnibus naturam conspiciamus...

Secundum rationem autem, quia naturam videmus in omnibus ex possibilibus...

Secunda ratio quare sensus...

Probat hoc idem per rationes communes & Logicas, et habet duas partes. Primo facit hoc...

Natura ex omnibus possibilibus...

LECTIO III.

In corde omnium uiuentium caliditatem ad illoru vitam necessariam inesse...

Omnes autem partes, & uniuersum animalium corpus connotam habent quandam naturalem caliditatem...

Omnes autem particule, & totum corpus animalium habent quandam caliditatem naturalem...

N. LEON.

Postquam

Postquam Philosophus determinauit qd primum principium nutritiuum est in medio superioris & inferioris...

Puncta omnia necessaria sunt caliditate naturali.

N. LEON.

Secunda ratio.

N. LEON.

Sensus animalium uiuunt sensibus particularibus...

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

Primum principium caliditatis sit in corde...

pter uehementem caliditatem. Principium igitur caliditatis in non habentibus sanguinem...

N. LEON.

Necessarium igitur est simul & vitam & huiusmodi saluum esse calorem...

Necesse igitur simul vitam existere, & calidi huius saluationem...

Ostendit qd necessarium est istud calidum saluari si debeat saluari animal. Et diuiditur in duas...

Calidum non est in uiuentibus sine uita.

N. LEON.

Atqui duplices ignis animaduertimus interitus, exiccationem & extinctionem. Appellamus autem id quidem...

Sed adhuc quidem ignis uidemus duas corruptiones, marcedinem & extinctionem...

Assignat modo quibus corrumpitur huiusmodi, calidum, & primo facit hoc...

Calidum naturale corrumpitur seipso & a contrario.

N. LEON.

Accidit autem eadem de causa utraq; fieri corruptiones. cum enim alimentum deficit...


Accidit autem ambas propter idem fieri corruptiones. Deficiente enim alimento...

Corruptio calidi naturalis quare est a seipso...

Assignat causam utriusq; corruptionis. Et primo facit hoc, secundo infer corollarium...

Declarat illud idem per signum. Et dicit, quod primum principium caliditatis sit in corde...

Parua naturalia S.T. I 2 prum



Prum ad nutriendum calidum: quia debilitatur & deficit calidum propter defectum nutrimenti...

N. LEON.

Quamobrem non modo minor ignis iuxta maiorem excrescit, sed etiam ipsa per se lychni flammula...

Propter quod quidem non solum marcescit qui minor est iuxta plurimum ignem...

Inferi corollarium. Et primo facit hoc, secundo reddit causam illius. In prima dicit quod si cut dicitur est...

Causam autem, quoniam preparatum flammulae alimentum maior proxipt...

Causa autem, quia alimentum quidem existens in flamma preoccupat accipiens...

Flamma est famus ardens.

Asignat causam huius corollarij. Et dicit quod causa quod flamma minor cito propter maiorem consumitur...

LECTIO V.

Quomodo in omnibus viventibus calidum, quo vivunt, per refrigerationem saluari oporteat...

N. LEON.

Manifestum igitur est, siquidem saluum oportet esse calidum...

Alam igitur quod siquidem oportet saluari calidum: hoc autem necessarium si futurum sit vivere...

Postquam Philosophus declaravit quod omnia viventia habent caliditatem...

fanguinem, in aliis in proportionali cordi: & quod necessarium est huiusmodi calidum saluari...

Calidum naturale saluari oportet per refrigerationem.

N. LEON.

Huius autem rei exemplum sumere licet ex eo quod profocatis accidit carbonibus. Si enim obstruuntur...

Exemplum autem huius accipere est, quod accidit in suffocatis carbonibus. Si enim fuerint circumquaque obstruuntur...

Manifestat hoc quod dicitur est per exemplum, quod videmus accidere in carbonibus. Si enim carbones, suffocatorio appposito obstruuntur...

Ignis quomodo cooperatur in carbonibus.

N. LEON.

Verum de huiusmodi causa, quod contrario accidat modo contesto, & profocato igni...

Sed de causa quidem hac quod contrarie accidit occultato & suffocato igni...

Remittit nos de solutione cuiusdam questionis ad alium locum. Et dicit quod de causa, propter quam suffocatorio appposito supra carbones...

Particulae in sectione tertio problematis.

Tremor fit in calidum.

tremor autem fit a frigido maxime. & soluit dicens quod tremor vniuersaliter causatur propter infrigidationem...

Calidum superabundans dissoluit humidum naturale.

N. LEON.

Quoniam autem omne quod vivit habet animam: & id ipsum, ut diximus, non sine caloris consistit natura...

Quoniam autem omne vivens habet animam: ipsum autem non existit sine naturali caliditate...

Determinat de ista refrigeratione quomodo fiat. Et dividitur in duas partes. Primo ostendit quomodo fiat in plantis...

N. LEON.

Receptum enim refrigerat alimentum, ut hominibus cum primo illud sumunt...

Etenim alimentum facit refrigerationem, ingrediens sicut hominibus primo partu...

Alimentum ingrediens refrigerationem facit donec alimentum fuerit digestum.

Ostendit quod alimentum refrigeret, secundo quod continens. ibi: Si autem continens in prima dicit ita dictum est...

cum alimentum primo recipitur in homine, fit quaedam infrigidatio. & huius ratio est, quia videmus quod ieiunium...

Sicis quid.

N. LEON.

Si autem propter anni tempus circumfusum aer frigore superfluat, valido orto gelu avescunt...

Si autem aut continens excedat frigiditate propter horam forti gelu sallo exiccantur...

Continens refrigerat sufficienter calidum in plantis.

Plantae quae corrumpuntur & exsiccantur.

Ostendit quod continens refrigeret sufficienter calidum in plantis. Et dicit quod manifestum est...

LECTIO VI.

Quenam de respiratione dicenda sint proponuntur: quae item animalia respirent, & quae non declaratur.

N. LEON.

Cum autem animalium, alia quidem in aquis, alia vero in aere degant, ex his profecto...



**A**nimalium autem quoniam hec quidem sunt aquatilia, hanc autem in aere faciunt distam, ex his et per hanc acquirunt refrigerium. hanc quidem aqua, hanc autem aere. Quo autem modo & qualiter dicendum rationem scientibus magis.

Sufficiens fit refrigeratio aquatilibus et terrestribus per aerem et aqua.

Postquam Philosophus declaravit qualiter fiat refrigeratio in plantis, ostendit qualiter fit in animalibus. Et circa hoc primo dat intentionem suam ponendo per quod fiat refrigeratio. secundo cum dicit quod quidem igitur, prosequitur intentum, circa primum dat primo intentionem suam in generali, secundo in speciali magis, ibi **De respiratione enim**. In primo dicit, quod cum animalia sunt quedam aquatilia, quedam viuentia in aere, & omnia caliditatem habent, & oportet calidum saluari si debeant vivere, istis animalibus sufficiens fit refrigeratio per aerem & aquam. per aquam aquatilibus, per aerem terrestribus, quomodo autem, & qualiter fiat refrigeratio, considerandum est scientibus magis causam. Secundo ibi,

**N. LEON.** De respiratione enim pauci quidam ex prioribus Physicis verba fecerunt. Quam autem ob causam animalibus insit, alij quidem nihil asseruerunt, alij autem dixerunt quidem attamen minus recte, sed in ijs, quae accidunt nullum usum praeserentes. Prater ea etiam omnia spirare asserunt animalia: id autem minime verum est, quapropter de ijs primo recte scribere necesse est, ne videamur temere absentes accusare.

De respiratione enim aliqui quidem pauci Priorum Pphyseorum dixerunt. Cuius tamen gratia existit animalibus, hi quidem nihil enim enunciauerunt, hi quidem dixerunt quidem: non bene autem dixerunt, sed in experte accidentium. Adhuc autem omnia animalia alio modo respirare, hoc autem non est verum. Quare necessarium est de his primo agredi, ut non videamur eos inaniter accusare.

Dat intentionem suam in speciali. Et dicit quod de respiratione aliqui dixerunt, sed pauci inter Naturales Philosophos dixerunt propter quem finem respiratione inest animalibus. Quidam enim, nil dixerunt omnino, quidam autem dixerunt quidem propter quem finem inest respiratione ipsi, sed incomplete & insufficienter dixerunt. & locuti fuerunt de respiratione sicut in hominibus in experti, & ignorantes circa accidentia respirationis. Iterum dixerunt omnia animalia respirare, sed istud falsum est, sicut manifestum est, & apparebit. Quia igitur, aut in complete, aut nil dixerunt de respiratione, aut false, necessarium est dicere de ipso. Considerandae autem sunt opiniones antiquorum, & exponendae, ut non videatur quod inaniter reprobentur. Ille dicitur inaniter accusare opinionem alterius, qui non potest pertingere ad improbationem illis. Hoc autem facit qui non videt positionem, nec rationem positionis. Sic autem se habere circa opinionem alicuius est inconueniens, & ideo considerandae sunt opiniones. Antiquorum de ipsa. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Quod igitur quaecunque pulmonem habent animalia spirarent omnia, palam est. Quod quidem igitur quaecunque animalium habent pulmonem respirant omnia, manifestum.

Prosequitur. Et primo praemittit quae sunt respirationia, & quae non, secundo determinat de ipsa respiratione. ibi **Democritus autem**. Prima in duas. In prima praemittit quae animalia sunt quae respirant, secundo quae non respirant. ibi **Aliquorum autem adhuc**. Prima in duas. In prima ostendit quae animalia sunt quae respirant, secundo quae magis vel minus indigeant respiratione. ibi **Sed & horum**. In prima dicit quod animalia quae pulmonem ha-

Animalia pulmonem habentia sunt respirationia.

rent, omnia talia manifestum est esse respirationia, & habere vocalem arteriam necessariam ad hoc. Secundo ibi. Verum ex ijs ipsis, quaecunque quidem id membrum exanguae, & fistulosum habent, minus spiratione indigent: ob eamque rem multo manere queunt tempore prater corporis vires. Fistulosos autem habent pulmones ouipara omnia, ut ranarum genus, praeterea lutarig testudines, & aquaticae extensum sane tempus in humore degunt. illorum namque pulmo exiguam habet caliditatem, parum enim habet sanguinis. Inflatum igitur ille motione refrigerat, & per multum manere facit tempus. Quod, si videtur quispiam, & per extensum continerit tempus. strangulantur omnia: quoniam ex illis nullum aquam, ut piscis, recipit.

Sed et horum ipsorum quaecunque quidem exanguem habent pulmonem, et concavum, minus indigent respiratione: propter quod multo tempore possunt permanere praeterea corporis valetudinem. Pulmonem autem concavum habent omnia ouificatoria, ut ranarum genus. adhuc autem omneis, & tortuae multo tempore manent in humidis. Pulmo enim modicam habet caliditatem. pauci enim sanguinis habent ipsum. Inflatum igitur ipse motu refrigerat, & facit permanere multo tempore. Si tamen cogat quis valde detinens longo tempore, suffocantur omnia. nihil enim talium suscipit aquam, sicut pisces.

Ostendit quae animalia minus & quae magis indigent respiratione. Et primo ostendit quae minus, secundo quae magis. ibi **habentia autem** in prima dicit quod quaedam sunt animalia quae pulmonem habent cum paucio sanguine. habent etiam ipsum in figura concavum: & talia minus indigent respiratione. propter hoc enim talia animalia multo tempore possunt esse sine respiratione: sine aliqua corporis inualitudine, vel detrimento. Animalia autem, quae pulmonem concavum habent, sunt animalia ouificatoria, sicut sunt ranae, & quoddam genus animalium, quod vocatur omerides, & tortucae, & multo tempore manent in aqua sine respiratione. Et causa huius est, quia pulmonem habent sine magna caliditate: quia parum habent de sanguine. Pulmo autem inflatus semel multum recipiens aerem in quantitate corporis propter figuram & propter motum aeris subingredientis, refrigerat caliditatem cordis multo tempore. Quia igitur talia animalia parum habent de sanguine, & pulmonem habent concavum non multum indigent respiratione. Et hoc apparet si aliquis multo tempore teneat ipsa in aqua quod suffocantur: quia nullum istorum refrigeratur per aquam, sicut pisces. in piscibus, enim sufficiens fit intrigidatio per aquam, non tamen in istis. Non enim recipiunt aquam ad refrigerandum. Secundo ibi.

**Quaecunque autem sanguine refertos habent pulmones, ob caloris copiam refrigeratione sane indigent omnia.** Habentia autem pulmonem habentem sanguinem, omnia magis indigent respiratione, propter multitudinem caliditatis.

Ostendit quae animalia indigent magis respiratione. Et dicit, quod omnia animalia, quae habent pulmonem multi sanguinis, quia talia magna habent caliditatem, indigent respiratione frequenti & multa. Et hoc est propter magnam caliditatem. Deinde cum dicit.

**Aliorum vero quaecunque pulmones non habent, respirat nullum.** Aliorum autem quaecunque non habent pulmonem, nullum respirat.

Ostendit quae sunt animalia, quae non respirant, & dicit quod animalia non habentia pulmonem non respirant, & causa huius est, quia pulmo non datur animalibus nisi pro-

N. LEON.

Democritus opinio & aliorum philosophorum opinio animalia respirare.

Animalia aliqua animalia, quae minus sanguinis habent, minus indigent respiratione.

N. LEON.

Animalia magis respirantia sunt.

N. LEON.

Animalia non respirantia sunt.

propter refrigerationem, quae fit per aerem inspiratum, & impossibile est inspirare aere sine pulmone. Quae igitur non habent pulmonem non respirant.

LECTIO VII.

Anaxagoras, ac Diogenis reprobatur opinio, qua omnia animalia respirare asserunt, ut in piscibus respiratione intueri ipsorum sententiam licet.

N. LEON.

Democritus igitur Abderita, & plerique alij qui de spiratione scripserunt: de alijs sane nihil determinauerunt animalibus, & tamen videntur quasi spirant omnia.

**D**emocritus autem Abderites, et quidam alij, qui de respiratione dixerunt, nihil de alijs determinauerunt animalibus. Vbi sunt tamen dicere quasi omnibus respirationibus.

Postquam philosophus praemissit quae sunt respirationia & quae non, determinat de respiratione. Et habet duas. In prima determinat de respiratione secundum opinionem aliorum, in secunda secundum opinionem suam. ibi **Quoniam autem dictum est**. Adhuc prima in duas. Primo ponit opiniones illorum, qui omnia posuerunt respirare, secundo opiniones illorum quae non. ibi **In Timaeo autem**. Adhuc primo ponit in generali, secundo prosequitur in speciali. ibi **Anaxago. quidem**. In prima dicit quod Democritus Abderites (ita nominatus a loco) & quidam alij Philosophi determinantes per respirationem, quae convenit tantum animalibus habentibus pulmonem de ipsa consideratione fecerunt, volentes dare causam & modum respirandi: de alijs autem animalibus nil dixerunt, quia vili sunt opinari omnia animalia respirare. Secundo ibi.

N. LEON.

**Anaxagoras autem & Diogenes, cum omnia spirare asserunt, de piscibus & ostreis quo nam spirant modo exponunt. Et Anaxagoras quidem dicit, cum per branchias aquas emiserint eum, qui in ore subortus est, aerem trahentes spirare plane pisces: nullum enim esse inane. Diogenes cum per branchias aquam emiserint, ex ea quae ipsum os circumfunditur aqua, inani, quod in ore est aerem attrahere, tanquam in aqua sit aer.**

Anaxagoras autem & Diogenes, omnia dicentes respirare, de piscibus & ostreis dicunt quomodo respirant. Et ait Anaxagoras quidem cum dimittunt aquam per branchias, eum, qui in ore factum, aerem trahentes, respirare pisces. Non enim esse vacuum ullum. Diogenes autem cum dimittunt aquam per branchias, ex circumstante circa os aqua, trahere vacuum, quod est in ore, aerem, tanquam in aqua existente aere.

Prosequitur magis in speciali. Et primo prosequitur opinionem Anaxagoras & Diogenis, secundo Democriti. ibi **Democriti autem**. Adhuc primo ponit opinionem Anaxagoras & Diogenis, secundo reprobat ea. ibi **Hanc autem sunt impossibilia**. In prima dicit quod Anaxagoras & Diogenes dixerunt omnia animalia respirare. qualiter autem respirant non dixerunt, nisi de piscibus & ostreis. Et dixit Anaxagoras quod pisces, cum expellunt aquam per branchias, attrahunt aerem, qui est in ore factus ex aqua per virtutem calidi: hoc autem fit ne ponatur vacuum. cum enim expellunt aquam, nisi aer attraheretur, esset vacuum intra pisces. Et ideo ne ponatur vacuum oportet quod trahant aerem. aer autem attrahitur in frigidat calidum quod est in piscibus. Diogenes autem dixit quod cum pisces expellunt aquam per branchias, fieri respirationem per hoc, quod ex aqua circumstante circa os per naturam vacui attrahitur aer, qui est causa refrigerationis. Dixit enim quod vacuum habet naturam attractivam, & dixit aerem esse in aqua. Secundo ibi.

Isthaec autem fieri non possunt, Principio etenim dimidium auferunt rei, nam id quod commune est, alteri tantummodo ascribunt: spiratio enim appellatur. huius autem hoc quidem expiratio, illud vero inspiratio, de qua nullam faciunt mentionem quo pacto id genus animalia expirent neque etiam illis dicere contingit.

Hanc autem sunt impossibilia. Primo quidem enim medium rei auferunt, propter dicere quod commune in altero solo, respiratio enim vocatur. huius autem hoc quidem expiratio est: hoc autem inspiratio, de qua nihil dicitur, quo expirant talia animalium, neque contingit ipsis dicere.

Improbatur opinio istorum. Et primo improbat opiniones istas insimul: secundo dat causam erroris eorum, propter quam decepti fuerunt. ibi **Cum autem**. Adhuc prima diuiditur in tres, quia primo improbat opiniones illas quantum ad insufficientiam, secundo quia falsum dixerunt. ibi **Adhuc autem dicere** tertio quia omnia posuerunt respirare. ibi **Adhuc si omnia**. Circa primum tria facit. Primo improbat illas opiniones propter insufficientiam, secundo manifestat quoddam suppositum. ibi **Cum enim respirauerint** tertio concludit falsitatem opinionis. ibi **Quare si necesse**. In primo dicit quod illa quae isti dicunt, inconuenientia sunt & impossibilia. Et hoc primo propter insufficientiam. ipsi enim mediocritatem rei dimittunt. quando enim aliqua duo continentur sub aliqua natura, si aliquis velit sufficere determinare de natura illa, si determinat secundum alteram naturam, & non secundum aliam, insufficienter determinat: quia medietatem rei hic dimittit. Et hoc ipse intendit cum dicit (medium rei auferunt). Modo ita est, quod respiratione communis est ad inspirationem & expirationem: volentes autem de respiratione determinare de inspiratione solum determinant, non de expiratione, ut ex dictis ab ipsis contingit causam reddere. Secundo ibi.

Cum enim spirauerint, hac qua inspirauerunt parte, rursus expirare oportet: idque vicibus semper facere. quamobrem contingit simul aquam ore recipere, & aerem expirare. necesse autem est isthaec inter se occurrentia alterum alteri impedimento esse praeterea cum aquam egerunt, tunc ore vel branchiis expirant: quare accidit simul expirare & spirare: tunc enim ipsum spirare dicunt. Simul autem spirare & expirare non est possibile.

Cum enim respirauerint, hac qua respirauerunt, iterum oportet expirare, & hoc semper permutatim facere. Quare accidit simul suscipere aquam secundum os & expirare. Necesse autem obuians impedire alterum alterum. Deinde cum dimittant aquam, tunc expirant secundum ora: aut secundum branchias. Quare accidit simul expirare & respirare. tunc enim aiunt ipsum respirare. Simul autem inspirare & expirare impossibile.

Manifestat quoddam suppositum, quod scilicet ex dictis eorum non posset esse manifestum, quomodo inspirant huiusmodi animalia. Et dicit, cum huiusmodi animalia inspirauerint aerem interius, necesse est ipsum calefactum expirare: & in illam partem, in quam inspirauerint: sicut videmus in aialibus manifeste respirantibus, ut in homine, & hoc vicissim modo hoc inspirando, consequenter ex respirando. Si igitur pisces & ostreae expirant, necesse est hoc esse aut simul cum suscipiunt aquam ab extra, aut cum dimittunt, si simul attrahunt eam cum motus aquae ad interius, & aeris ad exterius sint contrarij, qui se invicem impediunt, sequetur quod aqua obuians aeri in motu suo impedit ipsum, & econtra. Quare non possunt simul cum attrahunt aqua expirare aerem. Si autem simul cum di-

N. LEON.

Improbatur opinio Anaxagoras & Diogenis.

N. LEON.



N. LEON.

N. LEON.

Pisces non attrahunt aerem in aqua.

Prima ratio. Animalia attrahunt aerem per os arteriam habent; quam visum animalia pulmonem habentia habent.

N. LEON.

Secunda ratio.

mittunt aquam per branchias, vt per ora expirant aerem simul accidet inspirare & expirare ipsum aerem. simul enim, cu expellitur aqua dicunt fieri inspirationem, hoc autem est impossibile, ergo & primum. Impossibile est igitur sibi eos assignare causam expirationis. Tertio ibi. Si igitur necessarium est spirantia expirare, & inspirare: expirare autem illorum contingit nullum, manifestum est quod nullum etiam illorum spirare contingit.

Quare si necesse respirantia expirare & inspirare. Expirare autem non contingit vllum ipsorum: palam est quoniam neque ipsorum vllum respirat.

Concludit falsitatem opinionis illorum, Et dicit quod manifestum est quod necesse est quocumque inspirat expirare. Si igitur pisces inspirant: necesse est eos expirare. Sed nullus piscis expirat. Quare nullus inspirat. Deinde cum dicit, Præterea, dicere etiam aerem attrahere ex ore, & ex aqua per os, non est possibile: non enim habent arteriam, cui pulmones non habeant, sed venter statim ori adheret: quare ventre attrahere necesse est, quod cetera quoque facerent animalia: nunc autem id minime faciunt. Quinetiam eadem ipsa, cum extra humorem sunt, id ipsum manifeste facerent: atqui id facere non videntur.

Adhuc autem, dicere aerem trahere ex ore, aut ex aqua per os, impossibile. Non enim habent arteriam propter pulmonem non habere, sed statim venter iuxta os est. Quare necessarium ventrem trahere, hoc autem & alia vti que facerent animalia: nunc autem non faciunt. Et si illa extra humidum essent, manifeste vti que facerent: videntur autem non facientia.

Improbat opiniones eorum eo quod solum assumebant, scilicet quod fit respirare per attractionem aeris. Et diuiditur in partes quinque, sicut quod improbat per quinque rationes, secunda ibi: Adhuc omnium; tertia ibi: Adhuc cum moriantur; quarta ibi: Quo autem modo; quinta ibi: Adhuc autem propter quam; in prima dicit quod dicere pisces attrahere aerem per os est impossibile: quia animalia attrahentia aerem per os arteriam habent: pisces autem arteriam non habent, quia pulmonem non habent; quarecumque enim pulmonem habent & arteriam habent; quia arteria est instrumentum, per quod attrahitur aer a pulmone, & ideo quocumque habent pulmonem arteriam habent. Sed pisces non habent hoc: sed venter eorum statim contiguatur ori, & ideo, si attraherent aerem, ad ventrem attraherent, & venter etiam attraheret. Hoc autem est inconueniens: quia sequeretur quod alia animalia attraherent ipsum ad ventrem, sed manifestum est quod hoc non faciunt; item si pisces attrahunt aerem in aqua, & fit sufficiens refrigeratio per illum aerem, cum essent extra aquam attraherent aerem & viuerent: hoc autem non faciunt. & istud vltimum posset esse alia ratio ad principale. Secundo ibi.

In omnibus præterea spirantibus, spiritumque trahentibus videmus motum quandam exitum attrahentis membri. quod piscibus contingere non videmus: nihil enim circa ventrem mouere cernuntur, sed tantummodo branchias, & cum in humore degunt, & cum in sicco inciderint quando palpant.

Adhuc omnium respirantium, & trahentium spiritum, videmus quandam motum factum particula trahentis. In piscibus autem non accidit. nihil enim videntur mouentes eorum, que circa ventrem, nisi branchias solum, & in humido & in sicco excidentia, cum capta fuerint.

Ponit secundam rationem. Et dicit quod in omnibus inspirantibus & expirantibus cum inspirant & expirant apparet motus cuiusdam particula: secundum eleuationem

& depressionem, sicut in hominibus. Cui enim inspiratur aer, inflatur pulmo: cum autem expirat, deprimitur. in piscibus autem non apparet aliquis talis motus. Non enim videmus aliquam particulam circa ventrem moueri, sed solum circa branchias, & in humido, & etiam, cum in sicco sunt & palpant, non apparet aliqua talis particula moueri. Tertio ibi.

Præterea cum suffocata, extinguuntur in humore que spirant omnia, bullæ sanæ fiunt, cum spiritus violenter exeat. vt si quis testudines cogat, aut ranas, aut istiusmodi quipiã generum. Piscibus autem nihil tale accidit; & si omnis qui contendat modo, quippe qui nullum extrinsecus spiritum habeant.

Adhuc cum moriantur suffocata in humidis omnia respirantia, fiunt ampullæ spiritu exeunt violenter. vt si quis cogat tortucas, aut ranas, aut aliquid aliud talium generum. In piscibus autem non accidit experientibus omnem modum tanquam non habentibus spiritum deforis vllum.

Ponit tertiam rationem. Et dicit quod in omnibus respirantibus, cum suffocantur in aqua, apparent quædam ampullæ in superficie. Et causa huius est, quia in talibus animalibus aer expellitur ad superficiem quæ erat inspiratus prius: expulsio autem istius causat ampullas, sicut apparet de tortucis & ranis si violenter detinerentur sub aqua, vel aliqd tale animal. In piscibus autem non apparet hoc sicut quocumque modum experiat aliquis & detineat pisces in aqua. Hoc autem est, quia non habent aerem inspiratum.

Et profecto quo pacto ab illis spiratione fieri asserunt, hominibus certe id ipsum in humore contingere posset. Si enim pisces in os ex circumfusa attrahunt aqua, cur etiam homines id facere non possunt, reliquaque animalia: nam eum, qui ex ore est, perinde ac pisces attrahere poterunt. Quamobrem si ibi fieri posset, & hic certe fieret: quoniam autem fieri nequit, palam quod neque in illis fiet.

Quo autem modo dicunt fieri respirationem ipsi, contingit & hominibus existentibus in humido accidere. Si enim pisces trahunt ex ea, que in circuitu oris, aqua, propter quid hoc non vti que faciunt & homines & alia animalia, & eum, qui ex ore vti que trahunt similiter piscibus. Quare si quidem & si illa possent, & hæc possent. quoniam autem non sunt, palam quod neque in illis est.

Ponit rationem quartam. Et dicit quod eodem modo, quo isti dicunt quod pisces respirare possunt in aqua, & homines poterunt. Si enim pisces attrahunt aerem, aqua circumstante, eadem ratione & homines & alia animalia. Homines enim trahunt aerem qui est iuxta os, sicut pisces sicut in ipsos. Si igitur pisces possunt hoc facere in aqua, & homines. Cui igitur homines non possunt, neque pisces. Quinto ibi.

Ad hæc autem si spirare possunt, cur in aere pereunt pisces palpitareque videntur, vt illa que strangulata intereunt. non enim alimenti inopia id pati videntur. Nam ea, quæ Diogenes asserit, insulsa sanè est causa. Tercio enim eos interre, ait, quoniam in aere quidem copiosiora attrahunt aerem, in aqua vero moderatum. in terrestribus etenim id ipsum accidere oportet, atqui ob vehementem respiracionem nullum terrestre suffocatur animal.

Adhuc autem propter quam causam in aere moriuntur & videntur exterminata, sicut suffocata, si quidem respirant. non enim vti que alimenti inuentia hoc patiuntur. Quam enim dicit Diogenes causam, stulta est. Ait enim quod aerem multum valde trahunt in aere: in aqua autem moderatum, et propter hoc mori. Etenim ingressibilibus oportebat

N. LEON.

Tertia ratio.

N. LEON.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Impugnatur Diogenes.

N. LEON.

Ratio quod non omnia animalia respirant.

N. LEON.

Causa deceptio Anaxagore & Diogenis circa respiracionem animalium.

LECTIO VIII.

Democriti de respiracione placitum multipliciter destruitur.

N. LEON.

Democritus autem spirantibus quidem aliquid euenire ex spiracione dicit, asserens per illam ne extrudatur anima prohiberi: non tamen quod huius gratia id natura efficiat prodidit. Et omnino vir ille, vt alij etiam Physici, nihil huiusce tangit cause.

Democritus autem quia quidem ex respiracione accidit respirantibus aliquid, dicit inueniens prohibere extrudi animam: non tamen huius quidem gratia fecisse hoc naturam dicit. omnino enim, sicut & alij Physici, & iste nihil tetigit talis causa.

Postquam philosophus improbavit positionem Anaxagora & Diogenis, improbat opinionem Democriti. Et primo ponit eam: secundo improbat, ibi: {Causa autem} Prima in duas. In prima tangit secundum Democritum quid accidit animalibus ex respiracione primo, secundo quid ex consequenti. ibi: {Et propter hoc ex respirare} Adhuc circa primum duo facit, primo ponit quid accidit animalibus primo ex respiracione, secundo declarat ibi. {Dicit autem quod anima} In prima dicit quod, cum ex respiracione aliquid accidat animalibus respirantibus, dixit Democ. quod ex respiracione animalibus respirantibus accidit hoc primo, scilicet animam non extrudi a corpore. Tamen non dixit quod natura esset causa respiracionis propter hoc, sicut propter finem, vt anima non extruderetur, quia sicut alij philosophi nihil tetigerunt de causa finali, ita nec iste. & ideo non dixit respiracionem fieri gratia alicuius. Secundo ibi.

Democriti placitum circa respiracionem animalium.

N. LEON.

Asserit autem animam & calidum idem esse, primas, scilicet sphericorum figuras. iis igitur expulsis aeris in extrudentis, spiracionem auxilio esse inquit. In aere namque magnam esse talium copiam: quam ille mentem & animam appellat, spirante igitur animali, & aere ingrediente, simul intrant illa, & extrusionem prohibent: in-existentem animalibus animam exire non sinunt.

Dicit autem quod anima & calidum idem prima figure sphericorum. Segregatis igitur ipsis a continete & comprimente, auxilium fieri respiracionem inquit. In aere enim multum numerum esse talium: que vocat ille intellectum & animam. Respirato igitur & ingrediente aere, congregentia hæc & prohibentia compressionem, prohibent in animalibus existentem animam pertransire.

Declarat hoc. Et intelligendum quod Democritus posuit corpora indiuisibilia esse principia rerum, cum enim corpora composita diuisibilia sint: & diuisio secundum ipsum non procedat in infinitum, necesse est devenire ad talia corpora, que sint indiuisibilia, ex quibus dicit omnia animalia componi & causari. Dixit etiam ista indiuisibilia terminari figuris, & quia figura procedunt in infinitum, dixit ista corpora esse infinita. ex figura autem & ordine & positione, reddit causas accidentium & passionum in aliis, inter ista autem corpora indiuisibilia, corpora circularia sunt aptiora ad motum: & ideo ex illis reddit causam motus in animalibus. Dixit enim animam componi ex atomis circularibus, que sunt de natura ignis. dicit enim quod Democritus dixit quod anima, & calidum, & figura spherica sunt idem. Et causa huius est: quia anima

Democriti positio de primis corporum.

possibile esse hoc accidere: nunc autem nullum per valde respirare suffocatur gressibile animal.

Ponit quintam rationem. Et dicit, Si animalia aquatica respirant, propter quam causam moriuntur & exterminantur in aere, sicut suffocata animalia, quasi dicat, non videtur esse aliqua ratio. Et quia aliquis posset dicere, quod est hoc propter defectum alimenti non aeris, dicit quod hoc non potest esse. & ratio huius esse potest, quia pisces plurimum tempore sunt sub aqua, quam sit tempus in quo sunt extra aquam, quare propter defectum alimenti non moriuntur extra aquam. Item causa, propter quam pisces moriuntur extra aquam, quam dabat Diogenes stulta & fatua. dixit enim Diogenes quod pisces extra aquam attraherent multum aerem & improporcionalem sibi, in aqua autem proportionalem: & ideo pro improporcionalem aeris attracti, in aere pisces moriuntur, in aqua autem non. Hoc non valet, quia animalia gressibilia in aere possunt attrahere sibi aerem improporcionalem: & tamen nullum animal gressibile, quantumcumque valde respiret, suffocatur. quare nec similiter accidit in piscibus. Deinde cum dicit,

Præterea etiam si spirant omnia, manifestum est quod insecta etiam spirant animalia. illorum autem pleraque disiecta non modo in duas, sed in plures etiam partes viuere apparent, vt que vocantur scolopendra: que quomodo, aut qua contingit respirare parte?

Adhuc autem, si omnia respirant, palam quia & entoma animalium respirant. Videntur autem ipsorum multa decisa viuere, non solum in duas partes, sed & in plures: vt que vocantur scolopendra. que qualiter, aut quibus contingit respirare?

Improbat opiniones illas in hoc quod posuerunt omnia respirare. Et dicit, quod si omnia animalia respirarent, entoma respirarent: & quia ista decisa videntur viuere, non solum diuisa in duas partes, sed etiam cum diuiduntur in plures, vt illa que vocantur scolopendra. Qualiter autem ista respirent non contingit dicere. si n. talia decisa respirarent, tunc contingeret, quod haberent organa respirandi, scilicet pulmonem, & vocalem arteriam, sed hoc est falsum, quia sequeretur quod in diuersis partibus esset pulmo, & vocalis arteria: sed hoc est falsum: ergo & primum. Deinde cum dicit,

Causa autem, cur præcipue de iis non recte dicatur, est, quoniam tum interitum insueti erant partium, tum non animaduertebant alienius gratia naturam omnia facere. si enim quasissent cuius gratia animalibus inesset spiratio: & in partibus id ipsum considerassent, vt in branchiis & pulmonibus, nullo sanè negotio spiracionis causam adinuissent.

Causa autem maxime non dicendi bene de ipsis, quod in experti erant earum, que intus partium: & quia non accipiebant gratia alicuius naturam omnia facere. Quærentes enim cuius gratia respiratio animalibus existit: & in particulis hoc inspicientes, vt in branchiis & pulmone, inuenissent vti que velocius causam.

Assignat causam erroris, propter quam decepti sunt, & dicit, Causa quare decepti fuerunt fuit, quia nesciebant anatomiam partium intrinsecarum, siue dispositionem, vt puta pulmonis & arterie. Item decepti fuerunt, quia non supponebat naturam operari propter finem. si enim posuissent quod natura agit propter finem, & quod respiratio inest animalibus propter finem: & inspexissent ad anatomiam partium intrinsecarum, sicut pulmonis & arterie & etiam branchiarum, citius causam respiracionis in-

ma causa est motus in animalibus: ista autem sunt maxime apta ad motum, calidum scilicet, & spherica figura. ideo animam dixit componi ex istis, & esse idem cum istis. In aere autem sunt multi tales atomi, quos vocavit intellectum & animam Democritus. cum igitur ex aere continente & comprimente ipsum animal & animam intus contentam, segregentur atomi & mouentur ad interius, animalis, sit respiratio in animalibus, & praebet auxiliu atomis intus existentibus. igitur cum respiratur, aer & ingrediuntur atomi ingredienti comprimunt atomos, ex quibus est anima: & prohibent eam exire: & iuuant ad repellendum compressionem factam ex atomis extra in continente existentibus. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Et hanc ob causam in ipso spirandi & expirandi opere, cum vitam ipsam, tum mortem consistere. cum enim circumfusum comprimendo praeualuerit aer, neque quod extrinsecus ingreditur amplius prohibere potest, spirandi intercepto vsu, tunc sane animalibus accidit mors. Esse namque mortem eiusmodi figurarum de corpore exitum propter circumfusi aeris extrusionem.

Et propter hoc in respirando & expirando & viuere & mori. Cum enim praeualuerit continens opprimens & amplius deforis ingrediens potest prohibere, non potente respirare, tunc accidere mortem animalibus. Esse enim mortem talium figurarum ex corpore exitum ex continentis compressione.

Ostendit quid accidit ex consequenti animalibus ex respiratione. & dicit quod per talem ingressum & compressionem atomorum in animalibus accidit viuere & mori, & expirare & respirare. Quamdiu enim continens praeualuerit ut possit comprimendo repellere atomos, ex quibus est anima & prohibere ingressum eorum, quae sunt exterius id adiuuantium, deficiente respiratione accidit mors ipsis animalibus. Alia litera habet (Et amplius deforis ingrediens non potest prohibere) cum negatione. & tunc exponendum est sic. Si continens exterius praeualuerit comprimendo atomos interiores, & atomi, qui ingressi fuerant coadiuuantes animam non possunt prohibere impetum continentis. Propter defectum respirationis accidit mori animalia, mors enim non est aliud quam extrusio atomorum existentium in animali ad exterius propter compressionem continentis. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Causam autem cur omnibus necesse est mori, non aptam vtuncque, sed per naturam quidem senectute, prae natura autem, violentia, nihil declarauit, at qui oportebat, quoniam aliquando quidem id fieri apparet: aliquando autem non apparet, vtum eadem causa extra est, aut intus. Causam autem quare omnibus quidem necessarium mori, non tamen quando contingit, sed secundum naturam quidem senectute, violentia autem prae naturam, nihil demonstrauit, quauis oporteret. Quoniam aliquando videtur hoc factum, aliquando autem non videtur, vtum eadem causa extrinsecus est, aut intus.

Improbatur praedictam positionem. Et diuiditur in duas, in prima improbat opinionem propter insufficientiam, secundo quia falsa. ibi {Si autem oportet}. Prima in duas. In prima improbat de insufficientia quantum ad assignationem cause mortis, secundo quantum ad assignationem cause respirationis, ibi {Non dicit autem}. In prima dicit quod Democritus bene dicit causam propter quam quaedam mors naturalis, quae dicitur senectus, quaedam prae naturam, quae dicitur violenta, non dedit causam vtiusque, quia non eius quae est per violentiam, & tamen hoc oportet.

tebat, quoniam videmus aliquando mori animalia violentia, sicut illa quae suffocantur, aliquando videntur mori naturaliter, sicut illa quae per senectutem. Oportet autem vtiusque istarum esse aliquam causam. & tunc illa causa, aut est extrinsecus, aut intrinsecus, sed ipse non tetigit eam. & sic manifestum est, quia insufficienter dixit quantum ad causam mortis. Secundo ibi.

**N. LEON.** De origine quoque spirandi nihil dicit, quae illius sit causa, vtum extrinsecus, an intrinsecus, neque, n. quae foris est motus auxiliu seruat, sed intrinsecus spirationis et motionis procedit initium, nulla circumfusi aeris vi. absurdum quoniam est circumfusum aerem comprimere, & ingressum diducere, quae igitur dixit ille, & qua ratione ferè sunt huiusmodi.

Non dicit autem neque de principio respirandi quid causa, vtum intrinsecus aut extrinsecus. neque enim qui deforis intellectus seruat auxiliu. sed intrinsecus principium respirationis sit & motus, non vt inferente vim continente. Inconueniens autem & simul continens comprimere & ingrediens dilatare. Quae quidem igitur dixit & quomodo ferè haec sunt.

Improbatur quantum ad causam respirationis. Et dicit quod de principio & causa respirationis quid sit, vtum illud principium sit intrinsecum vel extrinsecum non dicit. Nec videtur asse verum quod atomi, qui sunt exterius, quos ille vocauit intellectum, sint causa respirationis praebendo auxiliu atomis, qui sunt in animali: quia principium respirationis est ab intrinsecis: & talis motus non videtur fieri ab inferente violentia: quia ille motus semper durat quamdiu durat animal, violentia vero non sic. Iterum, inconueniens est quod continens ingrediens sit causa compressionis animalis: quia videmus quod cum ingreditur, est causa dilatationis: quia idem secundum quod idem, non est causa oppositorum simul. sed compressio & dilatio sunt opposita: ergo continens non est causa istorum simul. Ista igitur sunt quae posuit & dixit ferè. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Verum si quae prius dicta sunt vera esse existimare oportet: & non omnia spirare animalia, non de omni sane interitu hanc adductam fuisse causam existimandum est, sed in istis solum quae spirant.

Si autem oportet putare vera esse prius dicta, & non omnia animalia respirare, non de omni morte causam putandum dictam esse hanc, sed solum in respirantibus.

Improbatur opinionem Democriti in hoc quod falsa & diuiditur in duas. Primo improbat in hoc quod male assignauit causam mortis, secundo in hoc quod non bene assignauit causam respirationis. ibi {Quinimo}. In prima dicit quod si vera sunt quae dicta sunt superius, manifestum est quod causa mortis, quam assignauit Democritus non est causa cuiuslibet mortis, sed solum in animalibus respirantibus: quia mors secundum ipsum non est aliud quam extrusio atomorum existentium in animali propter continens comprimens. Sic autem non accidit in non respirantibus. Secundo ibi.

**N. LEON.** Quamquam neque de istis ipsis videtur. Palam autem est ex istis, quae accidunt, & ex huiusmodi quorum vsu habemus omnes in caloribus enim excalescent magis spiratione indigemus magis, crebriusque omnes spiramus. cum autem circumfusis frigidus fuerit aer, corpusque adstrinxerit & compinxerit, spiritum distineri contingit, at qui tunc oportebat eum, qui deforis illabitur, extrusionem prohibere: nunc autem sit contrarium. nam quotiens non expirantibus copiosus calor, sese collegerit, totiens spirationis indigent opera. necessarium namque est inspirantes respirare: estuantes autem refrigerationis causa crebro respirant, quando quod in proverbio facit, ignis ad ignem.

Quinimo

Quinimo neque in his bene. Palam autem ex accidentibus, & talibus, quorum habemus omnes experientiam. In istis enim calefacti magis, & respiratione magis indigemus, & spissius respiramus omnes. Cum enim in circuitu fuerit frigidum, & constringatur, & compingatur corpus, detinere accidit spiritum: quamuis tunc oportebat deforis ingredientem, prohibere concussionem. nunc autem sit contrarium. quando autem multum valde congregatum fuerit calidum non expirantium, tunc indigent respiratione. Necessarium autem inspirantes respirare. estuantes autem frequentius respirant: tanquam refrigerationis gratia respirantes. Quandoquidem dicitur, facit ignem super ignem.

Improbatur in hoc quod non bene assignauit causam respirationis in animalibus respirantibus. Et hoc manifestum est ex his, quae accidunt circa respirationem. Iterum manifestum est ex talibus, quorum omnes possunt habere experientiam. videmus enim quod in aetate, quanto homines magis calefacti sunt, tanto magis indigent respiratione & frequentius respirant: sed, cum continens vndique frigidum fuerit, & corpus constringitur & compingitur aer inclusus detinetur in animali, & potest diu in frigidare calidum: & tamen secundum opinionem Democriti oportebat tunc fieri saepius respirationem, quia cum continens est frigidum corpus comprimitur, quare & atomi extruduntur. Erat autem respiratio necessaria vt prohiberetur extrusio & concursio ad exterius istorum atomorum. Quare tempore frigido, secundum ipsum respirationis est magis necessaria. Contrarium autem manifestum est, videmus enim quod, cum calidum est multum & est valde vnitum & congregatum, tunc animalia spiratione magis indigent. Necessarium est autem animalia, quae respirant aliquando inspirare & expirare si debeant saluari. quanto autem calidiora sunt, tanto frequentius respirant: quia respirant gratia in frigidationis: quanto autem calidiora tanto magis indigent in frigidatione. Ideo tunc frequentius respirant cum calidum continentis augmentat calidum intrinsecum.

LECTIO IX.

Platonis de respiratione decretum, & ipsius improbatio.

**N. LEON.**

Quo autem in Timaeo scripta est circumpulsio, de alijs sane nihil constituit animalibus quoniam modo in illis calidi sit conseruatio: vtum eodem modo, an aliam ob causam. si enim solis inest terrestribus spiratio, dicenda erat causa cur solis: si etiam alijs diuerso sane modo, de eo quoque determinandum erat, si quidem omnia respirare possunt.

**I**n Timaeo autem scripta circumpulsio, de alijs animalibus nihil determinauit: quomodo ipsius calidi sit saluus, vtum eodem, aut propter aliam aliquam causam. Si enim solis campestribus quod respirationis existit, dicendum causam, quare solis. Si autem & alijs: modus autem alius, & de hoc determinandum: si quidem possibile respirare omnibus.

Postquam Philosophus improbauit opinionem Democriti, qui vsus est dicere omnia animalia respirare. In parte ista improbat opin. Platonis & Empe. Et diuiditur in duas, Primo improbat opinionem Platonis, secundo Empedocli. ibi {Dicit autem de respiratione}. Adhuc prima in duas, Primo improbat opinionem Platonis propter insufficientiam, secundo propter falsitatem. ibi {Adhuc autem & sic}. In parte prima est intelligendum quod Plato voluit quod respiratio sit per quandam circumpulsionem aeris.

dixit enim secundum quod apparebit statim, cum aer intra est calidus expellitur per os & poros, & ingreditur alius circumstantis, & fit respiratio. Dicit ergo Aristoteles circumpulsio, de qua determinauit Plato in Timaeo, quam dixit esse causam respirationis, insufficienter est in assignando causam respirationis, & insufficienter determinauit de respiratione: quia cum dixit quod circumpulsio erat, causa respirationis, dixit hoc esse in animalibus perfectis & cameltribus: sed quomodo fit saluatio calidi in alijs animalibus imperfectis non dicit: vtum eodem modo, quo in perfectis, aut aliter, & propter causam aliquam. Si enim sola animalia campestria respirant oportebit assignare causam: quare illa solum respirant, si autem alia respirant, & modus respirationis est alius, oportebit de hoc reddere causam huius, & determinare oportebit vtum respirare in istis omnibus animalibus. Secundo ibi.

**N. LEON.** Praeterea etiam commentitius causa illius est modus, quoniam per egressum caloris ore factum, circuncinctum inquit aerem impulsit in eundem ferri & incidere locum vt raras carnum meatus, vnde internum exierat calidum: quoniam nihil est inane, per illam quam ad se inuicem agunt antiperistasin. excalescent autem rursum per eundem egredi locum, & intro per os circumpellere aerem, qui calidus in de exierat. & hoc continuo cum spirantes, tum expirantes facere.


Adhuc autem & falsitatis modus causa. Exeunte enim extra calido per os, ambientem pulsum aerem, latum incidere in eundem locum at per raras existentes carnes. Vnde quod intra exiit calidum propter nihil esse vacuum antiperistasin patientibus inuicem: calefactum autem iterum exire per eundem locum & circumpellere intra per os aerem excidentem calidum. & hoc itaque agere semper respirantes, & expirantes.

Improbatur opinioem propter falsitatem. Et primo ponit eam, secundo reprobatur. ibi {Accidit autem}. In prima dicit quod modus, secundum quem Plato posuit animalia terrestria respirare fictitius videtur esse & non verus. Dixit enim Plato quod, cum aer interius est calidus, expellitur extra per os: & tunc aer, qui est extra, circumstantis corpus, mouetur ad eundem locum, in quo erat alius: & per os & per raras carnes, quae porositates habent. Mouetur autem aer interius, cum expellitur calidus, ne permittatur vacuum: ita quod in eius motu sit quaedam antiperistasis intrantis & egredientis. cum autem ille aer calidus fuerit, exit per os: & alius intrat per raras & porositas carnes, & per os, & istud contingit fieri continue per totam vitam. Quamdiu autem sit hoc inspirant & respirant animalia. Secundo ibi.

**N. LEON.** Contingit autem sic opinantibus prius inspirationem fieri quam expirationem. Signum autem, quoniam vtraque res penes sese vicissim peragitur. Morientes autem expirant: quamobrem necesse est principium esse inspirationem. Accidit autem sic putantibus, prius expirationem fieri quam inspirationem. Signum autem, fiunt quidem enim ad inuicem haec permutant. Morientia autem expirant, quare necessarium esse principium inspirationem.

Posita opinioem improbat eam. Et diuiditur in duas partes. In prima improbat opinionem, in secunda remouet quandam responsum. ibi {Sed etiam neque alimentum}. Prima in quatuor secundum quod quadrupliciter reprobatur opinioem, secunda ibi {Adhuc autem cuius gratia} tertia ibi {Adhuc autem inconueniens}, quarta ibi {Inconueniens autem}. In prima improbat opinionem Platonis in hoc quod secundum ipsum oportet quod expirare primo

Prima improbatio Platonis.



primo insit animalibus. Et dicit quod putatibus quod respiratio fiat secundum modum præactum accidit quod expirare prius insit animalibus quam inspirare. Sed istud falsum est: & huius signum est, quod inspirare & expirare sunt permutatim adinuicem, ita quod post unum fit aliud: mors autem & vita sunt contraria: quare oportet quod fiant motibus contrariis. Sed videmus quod morientia, vltimo expirant. Quare manifestum est quod primo inspirant viuientia. Secundo ibi.

**N. LEON.** Præterea cuius rei gratia isthæc animalibus contingant, inspirare inquam, & expirare, nihil sanè dixerunt qui hoc asserunt modo, sed tanquam de re quadam, quæ temere fiat loquuntur. At qui isthæc cum vita, tum mortis dominari animaduertimus, cum enim spirare nequeunt quecumque spirant, ea tunc interire contingit.

**Secunda improbat.** Adhuc autem cuius gratia hoc existunt animalibus. Dico autem respirare & expirare, nihil dixerunt hoc modo dicentes, sed velut de incidente aliquo enunciant solum: quænam principales causas hæc esse videamus viuendi & moriendi, cum enim respirare non potuerint, tunc accidit corruptionem fieri respirantibus.

Improbat Platonem in alio, scilicet in hoc quod non posuit respirationem fieri propter aliquem finem, & dicit quod illi, qui sic dicunt de respiratione, inconuenienter dicunt: quia non dicunt propter quem finem insit animalibus: sed loquuntur de istis, sicut de aliquibus, quæ contingunt à casu: & tamen istæ videntur principales causæ moriendi & viuendi. cum enim animalia respirantia non possunt amplius respirare accidit ea corrumpi. quamdiu possunt, viuunt. Non igitur ista casualiter accidunt, sed sunt principales causæ vitæ & mortis. Tertio ibi.

**N. LEON.** Quinetiam absurdum est calidi quidem per os cum exitum, tum ingressum nos non latere. Spiritus autem in pectus ingressum eiusdemque rursus ex calfacti egressum, nos latere.

**Tertia improbat.** Adhuc autem inconueniens calidi quidem per os exitum, & iterum introitum non latere nos. in pectus autem spiritus introitum & iterum calfacti exitum latere.

Tertio improbat ipsum in alio, scilicet in hoc quod posuit quod introitus aeris per os & exitus non latent nos, sed introitus aeris per pectus & exitus latet nos: & Philosophus dicit quod istud inconueniens est quod non lateat nos: introitus & exitus aeris per os, sed per pectus & raras carnes lateat. Et ratio huius est, quia aer calidus extra sentitur & quantum ad alterationem, quæ est per calefactionem, & quantum ad motum. Similiter autem aer, qui ingreditur per poros carnis secundum Platonem videtur quod alterat pectus ad caliditatem & mouetur. Quare, si non lateat nos motus aeris per os, nec per pectus & etiam poros. Quarto ibi.

**N. LEON.** Absurdum quinetiam respirationem calidi esse ingressum: quandoquidem contrarium apparet. quod enim expirat calor calidum sanè est, quod inspiratur vero frigidum. at cum fuerit calidum, anhelantes respirant: quoniam enim id quod ingreditur non sufficienter refrigerat, crebro spiritum trahere contingit.

Inconuenienter autem & respirationem calidi introitum esse, videtur. n. contrarium: qui quidem enim expiratur est calidus, qui autem inspiratur frigidus. quando autem calidus fuerit, anhelando respirant. Quia enim non refrigerant sufficienter ingrediens, multotiens accidit spiritum trahere.

**Quarta improbat.** Improbat ipsum quarto. Posuit enim Plato quod aer calefactus inspirabatur. Hoc remouet dicens, quod inconueniens est quod aer calidus inspiretur: immo potius aer frigidus. contrarium enim apparet nobis ad sensum. Videmus enim quod illud

illud quod expiratur, calidum est, quod inspiratur, frigidum: & quando aer ingrediens calefactus est, tunc anhelant. Et causa huius est: quia spiritus ingrediens non sufficienter potest infrigidare, & quanto aer inspiratus calidior est tanto citius inspirant. Deinde cum dicit.

*Verum enim uero neque alimenti gratia existimandum est respirationem effici: quasi à spiritu interius alatur ignis: & spirante quidem animali: tanquam igni fomitem subministrari, alio autem igne expirationem fieri.* **N. LEON.**

Sed etiam neque alimenti gratia existimandum fieri respirationem tanquam alio spiritu eo, qui intus, igne & spirante quidem: quemadmodum si igni hypocaua adiciatur, alio autem igne fieri respirationem.

Remouet quandam solutionem, quæ posset dari ad quoddam, quod arguebatur contra Platonem. Et primo proponit respirationem, secundo reprobatur ibi. Hoc enim dicemus: In prima dicit quod responsio, quam aliquis daret ad rationem quandam prius factam, non valet. Improbat enim Plato propter insufficientiam, quia non dixit gratia cuius fit respirationem in animalibus. aliquis enim posset dicere quod respirationem fit ut per aerem inspiratum calidum interius nutriatur, & sit alimentum illius. Calidum enim continue agit in humidum consumendo ipsum: consumendo autem ipsum debilitatur: igitur ut ipsum conseruetur fit respirationem, ut spiritu respirato nutriatur & augmentetur: sicut nos videmus quod ignis nutritur & conseruatur cum apponitur aliquid hypocaua, siue incensum seu exhalatio calida, & sicca: alio autem calido fit exspiratio. Et Philosophus dicit quod inspiratio non fit ut spiritus inspiratus sit alimentum calidi interioris. Secundo ibi.

*Eadem enim rursus ad hanc rationem afferemus, que ad Priores attulimus. in alijs etenim animalibus istuc ipsum accidere oportebat: aut aliud sane, quod huic proportionem responderet. omnia namque vitalem habent calorem.* **N. LEON.**

*Hoc n. dicemus rursus, & ad hunc sermonem, que quidem & ad priores. Etenim in alijs animalibus oportebat hoc accidere, aut proportionale huic. Omnia enim habent caliditatem vitalem.*

Improbat istam respirationem per duas rationes, secunda ibi. Deinde & fieri? In prima dicit quod contra istam respirationem dicemus quod contra priores dictum fuit. Si enim in animalibus terrestribus fit inspiratio propter nutriendum calidum, oporteret calidum in alijs animalibus nutriri per spiritum inspiratum, cum non possit saluari sine infrigidatione: & omnia talia habeant caliditatem vel ad minus habeant aliquid proportionale huic: sed istud non apparet. Secundo ibi.

*Præterea calidum ex spiritu effici, quoniam oporteat modo dicere, commento est simile. id enim ex alimento fieri cernimus magis. contingit autem per id alimētum capere, & excrementum eijcere: quod tamen in alijs fieri non videmus: Deinde & fieri calidum ex spiritu quo oportet modo dicere, si sit itum. Magis enim ex alimento hoc factum videmus. accidit autem secundum hoc suscipere alimentum & superfluum emittere. Hoc autem in alijs non videmus factum.* **N. LEON.**

Ponit secundam rationem ad hoc. Et dicit quod dicere quod calidum nutriatur ex spiritu, & quod ita oporteat, dicere fictitium est. Et dicitur fictitium quod non concordatur apparentibus quod calidum nutriatur à spiritu inspirato, sed ex nutrimento magis. ex alimento. n. generatur humidum, quod est subiectum calidi: & ideo oportet fumere alimentum & emittere superfluum. alimentum enim in principio contrarium est, & ideo oportet ipsum alterari & transmutari, & iterum habet aliquid impurum: & ideo oportet quod illud

Quarta improbat Platonem

*Respiratio calida ad rationem*

*Improbatio respirationis in calida*

quod illud abiciatur. Et ideo aliquid habet purum, & aliquid impurum. hoc autem non est factum, si calidum nutriatur à spiritu inspirato.

LECTIO X.

Empedoclis de Respiratione sententia & ipsius redargutio.

**N. LEON.** De respiratione etiam mentionem facit Empedocles, sed neque cuius gratia fiat.

Dicit autem de respiratione Empedocles non tamen cuius gratia.

Postquam Philosophus improbauit opinionem Platonis de modo respirandi, improbat opinionem Empedoclis de insufficientia, secundo de falsitate. ibi. Fieri autem? Adhuc prima in duas primo facit quod dictum est, secundo inserit corollarium. ibi. Propter quod quidem? Adhuc tria facit. Primo improbat ipsum in hoc quod non dixit gratia cuius fieret respirationem, secundo in hoc quod modum respirandi non declarauit in omnibus animalibus. ibi. Nec de omnibus? tertio quod posuit respirationem solum fieri per nares. ibi. Et de ea? In prima dicit quod sicut alij insufficienter dixerunt de respiratione, ita Empedocles enim loqueretur de respiratione non fecit mentionem gratia cuius hoc fit: hoc autem oportebat, & ideo insufficienter dixit. Secundo ibi.

*Neque de omnibus palam facit animalibus spirare illa, necne.* **N. LEON.**

*Neque de omnibus animalibus quicquam facit manifestum, siue respirent, siue non.*

Reprobat in hoc quod modum respirandi non declarauit in omnibus animalibus. Et dicit quod in alio similiter dicit quod non declarauit, vtrum omnia animalia respirent vel non, quod oportebat. Et si quædam sint quæ non respirent, quomodo & per quem modum fit infrigidatio in istis quæ non respirant, non declarauit. Tertio ibi.

*De ea præterea, que per nares fit respiratione verba faciens, de præcipua loqui respiratione arbitratur. Contingit etenim cum per arteriam ex pectore spirare, tum etiam per nares, ipsis autem sine illa spirare non licet naribus. Et aliquin ea que per nares fit respiratione si primentur animalia, nullum incurruunt detrimentum. si vero hac, que per arteriam fit, orbentur, intereunt. natura namque non ex proposito ea, que per nares est, spiratione ad nonnullorum animalium olfactum abutitur.* **N. LEON.**

*Et de ea que per nares respiratione dicens, putat & de principali dicere respiratione. Est autem per arteriam ex pectore respiratio, & que per nares. Ipsis autem naribus sine illa non est respirare: & ea quidem, que per nares fit, respiratione priuata animalia nihil patiuntur: ea autem que secundum arteriam, moriuntur. Vitur enim natura ex abundantia ea, que per nares respiratione, ad odoratum quibusdam animalium.*

Improbat ipsum in hoc quod posuit solum respirationem per nares. Et dicit, quod Empedocles loquens de respiratione, quæ fit per nares, credebatur sufficienter determinare de respiratione. sed hoc non est verum. est enim quædam respirationem per nares: alia per vocalem arteriam. ista vero quæ est per vocalem arteriam, est principalis: quia illa quæ fit per nares non est sine alia. Aer enim qui inspiratur per nares transit per vocalem arteriam. illa autem est per vocalem arteriam, & potest esse sine illa, quæ est per nares. & hoc patet, quia priuata illa respiratione non moriuntur animalia, sed priuata illa, quæ est per arteriam,

moriuntur animalia. Vnde sicut natura lingua vitur ad duo, ad gustum & ad loquelam, ita naribus vitur ad duo, & hoc propter bene esse quasi ad respirationem & olfactum: & hoc in quibusdam animalibus. sunt enim quædam animalia, quæ porum odorationis habent cooperatum quadam caruncula, & non odorant talia nisi amouetur illa caruncula, hoc autem fit per inspirationem & expirationem, quædam sunt animalia, quæ habent porum odorationis discooperatum, & talia statim ad præsentiam odorabilis odorant: sicut animalia, quæ non habent aliquod velamen super oculos, sicut palpebras, statim vident ad præsentiam visibilibus, ita talia animalia præsentem odore percipiunt odorem: & in talibus natura non vitur naribus ad olfactum & respirationem, quia melius & citius fit infrigidatio & per nares & per arteriam quam per arteriam solum. Et hoc innuebat Philosophus cum dixit (qui quibusdam animalium.) Deinde cum dicit.

*Quamobrem odoratu quidem omnia fere participant animalia: omnibus autem idem non est sensiterium de ipsis autem manifestius in alijs est pertractatum.* **N. LEON.**

*Propter quod quidem odoratu fere participant omnia animalia. Est autem non omnibus idem organum sensus. Dicitur est autem de ipsis in alijs planius.*

Inserit corollarium, & est hoc. Ita dictum est quod natura vitur ex abundantia naribus propter olfactum & respirationem, & hoc in quibusdam ad olfactum, ita quod in quibusdam ad respirationem, in quibusdam ad olfactum. Propter hoc enim fere omnia animalia odoratu participant, tamen non est organum eodem modo dispositum in omnibus animalibus. Nam quædam habent organum olfactus quadam pellicula cooperatum, quædam non: sicut dictum est alibi, scilicet libro de Sensu & Sensa. Et dicit fere, propter animalia imperfecta, quæ solum tactum habent, vel cum hoc gustum, secundum quod est quidam tactus. Deinde cum dicit.

*Fieri autem asserit inspirationem & expirationem, quoniam vena sunt quædam, in quibus sanguis quidem inest, non tamen plenus sunt sanguine. Meatus autem in eum, qui extrinsecus est, habent aerem, corporis quidem partibus tenuiores, aeris vero ampliores. proinde cum sanguis, cum sursum, tum deorsum moueri naturam habeat: si quidem deorsum feratur, influere aerem & inspirationem fieri, sursum vero lato foras affluere, expirationemque fieri eiusmodi assimilans accidens Clepsydris.* **N. LEON.**

*Fieri autem ait respirationem & expirationem propter venas esse quasdam, in quibus inest quidem sanguis, non tamen plenus sunt sanguine. habent autem poros in eum qui extra aerem, partibus quidem corporis minores, his autem que aeris maiores. Propter quod sanguine nato moueri sursum & deorsum: deorsum quidem lato influere aerem, & fieri respirationem, sursum autem procedente excedere extra, & fieri expirationem, assimilans quod accidit clepsydris.*

Reprobat opinionem Empedocles. Et primo ponit eam diffuse, secundo reprobatur ibi. Respirant autem? Adhuc circa primum duo facit. Primo ponit opinionem, secundo verba eius. ibi. Sic autem respirant? In prima dicit quod Empedocles posuit fieri respirationem & expirationem isto modo. Dixit enim quod in corpore animalis sunt quædam venæ, in quibus est sanguis. Sunt enim venæ vehiculum sanguinis. tamen dicebat quod istæ venæ non sunt plene sanguine: & istæ venæ, in parte exteriori versus superficiem corporis habent poros minores quam sint partes corporis, sed maiores sunt quam sint partes aeris. Modo dicebat quod cum

Natura vitur lingua, & naribus ad duo.

Empedoclis placuit.

*De clypeo...*  
 De clypeo...  
 De clypeo...  
 De clypeo...

qum sanguis natus esset moueri & superius & inferius, cum moueretur interius, aer sequitur & subintrat, & fit inspiratio: cum mouetur exterius, aer egreditur & fit expirationis: & iterum, cum mouetur ad interius aer subintrat & fit inspiratio: cum autem ad exterius fit exspiratio, & sic continue. Et assimilat hoc ei quod in cleyfydris. Cleyfydra est corpus unum, quod habet unum foramen ad suum superius, & multum ad inferius: cum autem ponitur in aqua ex parte inferiori in qua sunt multa foramina, tunc aer expirat per foramen superius: cum autem aqua descendit per illa foramina, aer sequitur. sic in proposito, cum sanguis, qui est in venis sequitur ad exterius, expellitur aer & fit exspiratio: cum autem mouetur ad interius, sequitur aer & fit inspiratio. Secundo ibi.

Sic respirant omnia & expirant: cum etiam sanguis prius carniam bifula extremum per corpus extendatur: de illis, coribus crebris perforata sunt fistulae, Narium vltima longitudines per totum ut Gelarum quidem oculat: etherei vero facile iter gemina diuidi via: Inde quidem quando leuitus uenerit fuerit sanguis, Aether reboans descendet ostia uehementi: Quando autem resiliit expirat rursus: ut cum puella.

Sic autem respirant omnia & expirant. Omnibus deficientes sanguine, carniam canales in vltimis secundum corpus tenduntur & ipsi orbis spissis simul perforata sunt canalibus narium vltima summities per totum, ut exundans quidem occultetur. etherei autem facile iter duplici via pateat. Quapropter cum redierit tener sanguis: ether calens descendet timore magno: cum autem exiliat iterum expirat.

Non iam in vas ad imber ingreditur: sed illum prohibet Aeris moles intrinsecus incidens ad foramina crebra: Donec adaperiat adensum fluxum: verum postea, ESpiritu deficiente pulchra ingreditur aqua. Quomodo cum puella de cleyfydra ludens per bene malleatum as: cum quidem fistulae aperturam obstruens formosa manu in aqua clare tinxerit delectabile corpus: neque in vas aqua ingreditur, sed prohibet aeris moles, interius cadens ad foramina spissa, donec reuelauerit crebrum fluxum. Deinde vero spiritu deficiente ingreditur aqua munda.

Probat per simile. Et primo facit hoc, secundum applicat ad propositum. ibi Eodem autem modo. In prima dicit q, sicut cum puella aliqua tenet cleyfydrum, quae quidem est de are bene malleato, & vult bibere cum ea: & manu sua formosa claudit & obstruit foramen superius,

& ponit cleyfydrum in aqua clara, quae est corpori delectabilis: & ponit in aqua, non ingreditur aqua, quia aer intus existens prohibet aquam ingredi per foramina spissa, donec remouerit manum: & tunc aer crebro expelletur & aqua subintrabit. Cum enim spiritus expellitur intrat aqua. Secundo ibi.

Similique modo quando aqua quidem profundum ab abiret aris, Transitu obturato humana manu, siue meatu: Aether extrinsecus ingredi cupiens aimbrem arcer: Circa portas resonantis fistulam gextrema obtinens: Donec manu hremittat tunc rursus contra quam prius Spiritu ingruente, pulchra defluit aqua. Simili fere modo tener sanguis conturbatu iper plateas Cum retrocedens irruerit ad intumum. Alter illico fluxus inuadent ut fluxu proruens: Cum autem exiliuerit rursus expirat equale retro. Hae de spirandiratione dixit ille.

Eodem autem modo cum aqua quidem habeat secundum profundi aeris. Cannali autem obstructo humana manu & poro: aer autem de foris intus angustatus aquam prohibet circa portas cannalis male sonantis extrema obtinens, quamdiu manu obstruatur. Tunc autem iterum contra quam prius spiritu incidente, effluit aqua munda. Similiter autem & delectabilis sanguis exundans per membra, cum ipse retro actus redierit ad intumum, alterum mox rheuma descendit timore impetuoso. Cumq; exilierit, iterum expirat & eque postea. Dicit quidem igitur haec de respirare.

Applicat ad propositum. Et dicit q, sicut cleyfydra se habet cum aqua posita in ea, ita quod aer existens in cleyfydra sit profundatus in aqua, foramine tamen superiori obstructo cum manu, tunc aer intus existens extrema cleyfydrae obturat, & prohibet ne aqua ingreditur. Et istud contingit quamdiu foramen exterius clauditur manu: cum autem foramen aperitur, aer egreditur, & aqua tunc ingreditur. Similiter dicit accidere de respiracione, quia cum sanguis delectabilis per membra exundans redierit ad intumum corporis, tunc fit rheuma, & aer descendit motu quodam impetuoso, & fit inspiratio: cum autem sanguis iterum exit expirat, & eodem modo fit post modum. Sic igitur loquebatur de inspiratione & expiratione. Empedocles. Deinde cum dicit.

Spirant autem, ut diximus, quaecunque id per arteriam manifeste faciunt, per os simul & per nares.

Respirant autem, quemadmodum diximus, manifeste respirantia per arteriam, per os simul & per nares.

Improbat praedictam opinionem: & primo praemittit quoddam necessarium, secundum improbat, ibi Quare si quidem In primo dicit q, manifestum est sicut dictum est, q, animalia respirant per os, & nares, & per arteriam simul. Quandoq; autem inuenitur respirare per arteriam & quamuis non per nares. Secundo ibi.

Quomobrem, si de hac sane loquitur spiracione, necessario quaerendum est quonam congruet modo dicta causa & ratio, quandoquidem contrarium videtur accidere. attollentes enim locum perinde ac solles in ararijs officinis respirant: attollere autem calidum, vero est consonum: nec non sanguinem calidi obtinere locum. deprimentes autem & construngentes, ut ibi solles expirant. nisi quod ibi quidem non per idem aerem accipiunt, & rursus reddunt, cum inspirantibus per idem fiat. Si autem de ea quae per nares tantum sit asserit, magno pereceptum est. respiratio enim non est narium propria, sed per canalem eum, qui in xta guttur est, ubi extremum est palati, per foratis naribus procedit. atq; partim spiritus

a. i. vlt. & r. rel. b. i. d. i. d. c. i. d. d. e. i. d. f. i. d. g. i. d. h. i. d. i. d. k. i. d. l. i. d. m. i. d. n. i. d. o. i. d. p. i. d. q. i. d. r. i. d. s. i. d. t. i. d. u. i. d. v. i. d. x. i. d. y. i. d. z. i. d.

a non plena, neque redm, dantez languit no. b vnz c per corpore s. d animalibus e foraminibus f ventis & g. i. sanguine h cohibeat i aer k per bilidas nares l. i. recefferit m moll n. i. aer in fluxione. Empedoclis verba.

N. LEON. a. i. consilari & malleo de duct. b officium c. i. candida d. i. aqua e aeris. f. i. lacte

N. LEON. Improbat opinio Em Pedoclis

Spiritus hac partim per os tuum egreditur aequae, tum ingreditur. Quaecunque igitur ab alijs de spiracione sunt dicta, tales & tantas habent difficultates.

Quare siquidem de hac respiracione dicit: necessarium querere quomodo congruit dicta ratio causa. Videtur enim contrarium accidens. Eleuantes quidem enim locum, quemadmodum folles in ararijs, respirant, attollere autem calidum rationabile. Habere autem sanguinem calidi locum. Comprimentes autem & deponentes quemadmodum ibi solles expirant. Veruntamen ibi quidem non secundum idem suscipiunt aerem: & iterum emittunt: respirantes autem secundum idem. Si autem de ea quae secundum nares est dixit sola, multum peccauit. non enim est respiratio narium propria, sed secundum canalem, qui circa guttur, secundum quod extremum palati in ore simul perforatis naribus cedit: hoc quidem sic spiritus hoc autem per os similiter exit & intrans. Ab alijs quidem igitur dicta de respiracione, tales & tantas habent difficultates.

Improbat. Et dicit q, si Empedocles inquit de respiracione, quae est per arteriam, dubitationem habet necessariam quomodo causa, qua ponit de respiracione, sit conueniens: quia contrarium videtur accidere. Videmus enim quod, cum animalia inspirant q, peccus inflatur & eleuatur, sicut videtur in follibus q, cum aer inspiratur per folles q, inflantur: sic est in proposito, q, cum aer inspiratur, inflatur peccus & eleuatur. Rationabile. n. est calidum extollere, quia sanguis habet locum calidi. cum autem peccus deprimitur sicut folles, tunc animalia expirant. Tamen differentia est, quia animalia secundum eandem partem inspirant & expirant aerem: sed folles non secundum eandem partem emittunt aerem & inspirant, & sic apparet q, contrarium accidit, quam sicut Empedocles voluit. dicebat enim q, cum aer inspiratur comprimitur peccus: cum autem expellitur, eleuatur. Si autem Empedocles loquatur de respiracione, quae sit per nares, multum errauit: quia respiratio, quae sit per nares, non est propria animalibus: sed illa, quae est per vocalem arteriam, quae continuatur a pulmone usque ad extremum palati, in quo quidem est foramen, & aer per os intrat, & exit per nares. In fine concludit dicens, q, dicta ab alijs de respiracione tales habent dubitationes, & tantas, sicut iam dictum est.

calitate calidi, secundo quod dictum est de loco. ibi Propter quod quidem tertio ponit incidens. ibi Alias quidem igitur In prima repetit quod dictum est q, necessitate calidi secundo quod dictum est q, anima est forma substantialis corporis & habitus, & q, ipsa est principium viuendi: ita q, viuere est ab ipsa, manifestum est q, anima non est nisi cum caliditate. & hoc declarat, quoniam illo indiget anima de necessitate, quo operatur & sine quo non potest operari: hoc autem est calidum. Anima enim habet nutrire, hoc vero non potest nisi per alimentum: alimentum autem oportet assimilari rei alenda. Oportet igitur ipsum alterari & digeri. hoc autem non fit nisi per calidum. est igitur anima & secundum q, est forma, & secundum q, operatur, cum calido. Secundo ibi.

Ecce in quo principali corporis loco, & in qua prima primi loci parte, principium esse huiusmodi necesse est. ibi. primam altricem inesse animam est necessarium.

Propter quod quidem in primo loco corporis & in qua prima loci huius parte principium necessarium est esse tale, hic & primam nutritiuam animam necessarium est existere.

Repetit quod dictum est de loco, & facit duo. Primo ostendit q, istud calidum inuenitur in quo inuenitur principium nutritiuum, secundo ostendit quis est locus ille. ibi Iste autem est in prima dicit q, quia dictum est q, anima indiget in sua operatione caliditate, ppter hoc necessarium est principium caliditatis esse in illo loco & in illa parte corporis, in quo est principium nutritiuum. & ratio huius est, qm in illa parte in qua est principium nutritiuum oportet esse illud, sine quo non potest operari: hoc autem est calidum: quare manifestum est q, in illo loco & in illa parte corporis, in qua est principium nutritiuum, oportet esse primum principium caliditatis. Secundo ibi.

Hic autem medius sane est locus illius, quod alimentum recipit, & unde excrementorum deiectiones fiunt. Quod in exanguibus quidem nullum habet nomen, in sanguine uero praeditis, id membrum est cor.

Iste autem est medius locus suscipiens alimentum: & secundum quem emittunt superfluum, ex sanguinibus quidem igitur innominatum, sanguinem habentibus autem, cor haec particula est.

Ostendit quis est locus iste. Et primo facit hoc, secundum probat quoddam acceptum. ibi Alimetum quidem In prima dicit q, iste locus est medius superioris, secundum q, recipiunt alimentum: & inferioris secundum q, emittunt superfluum. & in non habentibus sanguinem locus ille innominatus est: in habentibus sanguinem particula illa, in qua est principium caliditatis, est cor. Secundo ibi.

Porro alimentum, ex quo animalium constituentur partes, sanguinis est natura: Sanguinis autem & venarum idem esse principium est necesse. alterius enim gratia est alterum, ut vas & recipiens, venarum autem origo in sanguine praeditis est cor: non enim per id, sed ex illo omnes sane sunt annexa: quod ex Dissectionibus palam esse potest.

Alimentum quidem. n. ex quo iam fiunt partes animalibus, sanguinis natura est. sanguinis autem & venarum idem principium esse necessarium. alterius. n. gratia alterum est, ut vas & suscipiens. Principium autem venarum cor, sanguinem habentibus. non. n. per hoc, sed ex hoc protrahat a omnes existunt. Palam autem hoc nobis ex Anatomijs.

Declarat quoddam dictum. Dixerat. n. q, in habentibus sanguinem particula illa, in qua est principium caliditatis, est cor, hoc declarat. Et dicit q, vltimum alimentum est sanguis ex quo fiunt partes animalium: sed sanguinis & venarum cor est principium. Et istud necessarium est, quia

N. LEON. Primum principium caliditatis est in parte corporis in qua est principium nutritiuum.

N. LEON. Principium caliditatis est in cor de in habentibus illud, in non habentibus, locus ille innominatus est.

N. LEON.

LECTIO XI.

Quaedam prius dicta reperitur, quibus quomodo in animalibus vitae breuioris refrigeratio fiat, manifestum fit.

Quoniam autem dictum est prius quod viuere, & ipsius animae habitus non nisi cum quadam est caliditate: concoctio namq; per quam alimentum animalibus praeparatur, sine anima, aut calore non conficitur: igne namq; omnia operantur.

Quoniam autem dictum est prius quod viuere et animae habitus: eum caliditate quadam est. Concoctio enim qua nutriuntur animalia, neq; sine anima, neq; sine caliditate est. igne enim omnia operantur.

Postquam Philofophus reprobaui opiniones aliorum de respiracione, determinat de ipsa secundum opinionem propriam. Et diuiditur in duas. In prima repetit quaedam determinata prius, secundo de ipsa prosequitur. ibi Quoniam autem animalium In prima in tres. In prima repetit quod dictum fuit de necessitate calidi & loco, secundo repetit quod dictum est de corruptione calidi. ibi Corruptio autem ignis tertio repetit quod dictum est de necessitate respiracionis. ibi Quare necesse est fieri Adhuc prima in tres. In prima repetit quod dictum est de ne-

quia

N. LEON. Improbat opinio Em Pedoclis

quia vena fit gratia sanguinis, sicut vas suscipiens aliquid est gratia illius, quod suscipit. Sed principium venarum est cor in habentibus sanguinem, & hoc declarat per signum: quia vena non penetrat cor, sed procedunt a corde ad singulas partes. Et istud manifestum est considerantibus anatomiam: quia cor est principium sanguinis: sed idem est principium sanguinis & caliditatis. Quare in corde est principium caliditatis. Deinde cum dicit.

Et alia quidem anima potestates sine altrice esse non possunt: quam vero ob causam in ijs quae de Anima sunt praemissa dictum est prius: haec autem sine naturali igne non consistit: haec enim in parte natura illam igniuit.

Alias quidem igitur virtutes anima impossibile existere sine nutritiva. propter quam autem causam, dictum est prius in his quae de Anima. hanc autem sine naturali igne. In hoc enim natura collocavit ipsam.

Ponit incidens. Et dicit quod alias virtutes anima non est possibile esse sine nutritiva in mortalibus, puta rationale generativam, sensitivam, sed nutritivam possibile est esse sine alijs. Causa autem huius dicta est in his quae de Anima.

Ratiocinativam. n. in his non est sine sensitivo: quia intelligentem necesse est phantasmata speculari. sensitivum non est sine nutritivo: quia necessario indigent nutrimento, quod non preparatur sine nutritivo principio. e contrario autem nutritivum est sine alijs, quia prius secundum viam generationis sine posteriori contingit esse, sicut sensitivum sine intellectivo, alia autem virtutes non sunt sine nutritivo. Similiter & manifestum est, quia nutritiva non potest esse sine naturali caliditate. natura. n. collocavit nutritivam in calido & igne. Deinde cum dicit.

Ignis autem interitus, ut praemissum est extinctio est, & exsiccatio.

Corruptio autem ignis, quemadmodum dictum est prius, extinctio, & marcor.

Repetit quod dictum est de corruptione calidi. Et primo praemittit duplicem corruptionem, secundo manifestat eam. ibi {Extinctio quidem}. In prima dicit. Sicut dictum est prius, duplex est corruptio calidi: una, quae dicitur extinctio, quae fit a contrario: alia, quae dicitur marcor, quae fit a senectute. Secundo ibi.

Extinctio quidem est, quae fit a contrarijs: quamobrem a continentis frigiditate, universis, & celerime, quoniam diffusus extinguitur. Et hic quidem violentus est interitus, qui pervenit in anima praeditis, & illa carentibus cernitur. instrumentis enim quibusdam diviso animali, & ob nimium frigus gelu astruillo. interire contingit.

Extinctio quidem quae a contrarijs. propter quod quidem subito quae a continentis frigiditate, et quae celeriter extinguitur distractus haec quidem igitur corruptio violenta. Similiter in animatis. & in inanimatis. Etenim organa diviso animali, et congelato propter frigoris excellentiam, moriuntur.

Manifestat. Et primo primam, secundo secundam. ibi {Marcor autem}. In prima dicit quod illa corruptio, quae dicitur extinctio, fit a contrarijs: & propter hoc videmus ad sensum quod calidum corrumpitur cito a frigiditate continentis cum est excessus: & multum cito corrumpitur, cum calidum distrahitur a frigido. Et ideo manifestum est quod ista corruptio est violenta, & fit duobus modis. vno modo agendo in humidum & ingrossando ipsum: & per consequens diminuendo ipsum. alio modo, cum frigidum circumstando calidum fortificat ipsum: & ipsum fortificatum consumit suum humidum, quod erat subiectum ipsi: quo consumpto corrumpitur calidum. Talis autem corruptio non solum fit in animatis, sed etiam in inanima-

tis: quia videmus quod cum animal dividitur in partes organicas & infrigidatur, quod moritur animal, & partes animalis, & calidum. Secundo ibi.

Exsiccatio vero ob caloris est copiam: etenim si excellat quod circumiectum est calidum, siue alimentum non capiat, interit quod ignitum est non frigore, sed exsiccatione.

Marcor autem propter multitudinem caliditatis. Etenim si excedat, quod in circuitu calidum, & alimentum non accipiat, corrumpitur quod ignitum, non infrigidatum, sed marcorem passum.

Manifestat secundam corruptionem. Et dicit quod illa corruptio, quae dicitur marcor, accidit propter multum calidum & excellens, cum n. calidum circumstantis humidum est excedens, si non recipiatur alimentum, corrumpitur calidum, non corruptione quae dicitur extinctio, sed marcore, siue per suffocationem. Deinde cum dicit.

Quamobrem necesse est refrigerationem fieri, si salutem assequi debet. id. n. auxilio est ad eiusmodi corruptionem.

Quare necesse fieri refrigerationem, si debeat salutem adipsi. hoc enim auxiliatur ad hanc corruptionem.

Recolligit quod dictum est de necessitate refrigerationis. Et dicit. Ita dictum est quod excellens calidum causa est corruptionis calidi, quod de necessitate requirit si debeat vivere animata. Ex hoc concludit quod necesse est fieri refrigerationem si calidum debeat saluari: quia si non fiat refrigeratio augmentatur calidum: istud autem facit ad corruptionem ipsius, sicut dictum est prius. Deinde cum dicit.

Quoniam autem animalium alia quidem in aquis, alia vero in terris vitam agunt, ijs quascunq; pusilla sunt omnino & quae sanguine carent, refrigeratio, quae ex circumstanti fit aqua, aut aere contra huiusmodi interitum satis sufficiens est auxilium. cum enim exiguum habeant calidum, parvo sane indigent auxilio. Quamobrem eiusmodi ferè omnia brevioris sunt vita: ad utrumque enim modico indigent momento.

Quoniam autem animalium haec quidem aquatilia, haec autem in terra faciunt conversationem. horum parvis omnino & exanguibus facta ex continente, aut aqua, aut aere infrigidatio, sufficiens est ad auxilium corruptionis huiusmodi. Modicum n. habentia calorem, modico indigent auxilio. Propter quod & brevis vita ferè omnia talia sunt. ambo. n. existentia modica sortiuntur inclinatione.

Proficitur de illa respiratione. Et dividitur in duas. In prima determinat de modo respirandi, & de respiratione in animalibus non habentibus sanguinem, in secunda in habentibus sanguinem. ibi {Sanguinem autem habentibus}. Prima in duas. Et primo dat modum & causam refrigerationis in habentibus sanguinem. In secunda manifestat quaedam supposita prius. ibi {Sanguinem adhuc}. Prima in duas. Quia n. animalium non respirantium, quaedam sunt longioris vitae, quaedam brevioris vita, primo declarat modum infrigidationis in animalibus brevioris vitae, secundo in animalibus longioris vitae. ibi {Quaecumque autem longioris vitae}. In prima dicit quod animalium quaedam habitant in aquis, & dicuntur aquatilia: & quaedam in terra, siue conversationem faciunt in terra: & dicuntur terrestria. Horum autem animalium siue sint aquatilia siue terrestria, quae quidem parva sunt & sine sanguine penitus, sufficiens refrigeratio fit ex continente, siue fuerit continens aer, siue aqua, ita quod per huius infrigidationem intantum adiuvantur, quod calidum saluatur in ipsis & non corrumpitur. Et ratio huius est, quod fiat infrigidatio sufficiens a continente, quia talia animalia modicam habent caliditatem: modo modica indigent infrigidatione: & propter

& propter hoc omnia ista animalia ferè brevis vita sunt, & cito deficiunt. Et dicit ferè, propter multa animalia talia quae multum durat: quia in illis calidum bene proportionatum est humidum. cum enim talia animalia etiam participant vita, & indigeant respiratione: utrumque sortiuntur per modicam inclinationem. Vitam quidem per modicum calidum: refrigerationem ipsius per ipsum continens. Sed posset alicui videri quod illis animalibus non fiat sufficiens infrigidatio per continens: quia animalia maiore caliditatem habent quam plantae: sed plantis non fit sufficiens infrigidatio per continens, sed per continens & alimentum. Quare illis animalibus non fit sufficiens infrigidatio per continens. Dicendum quod omnia animalia habent caliditatem, & ideo infrigidatione indigent. Quae autem minus habent caliditatem, indigent minori infrigidatione. Ista autem animalia, quia parva & exanguia, parum calidum habent, & ideo sufficit eis parva refrigeratio: talis autem est & quae fit per alimentum, & per continens: propter quod sufficienter per alimentum, & per continens infrigidantur. Per quem autem modum fit infrigidatio per alimentum, visum est prius. Magis autem fit infrigidatio in istis animalibus a continente: quam per alimentum. Et ideo hic solum nominavit infrigidationem, quae fit a continente, quamvis & alimentum aliquid faciat. In plantis autem maxime & principaliter fit infrigidatio per alimentum: & ideo illam nominavit. Ad rationem autem patet solutio.

Obiectio.

Solutio.

Ultima libri de Luce...

Lat. prima...

N. LEON.

LECTIO XII.

Quae nam sit refrigerationis causa in his quae longae vitae sunt, quorundam demum doctorum de respiratione redditur ratio.

N. LEON.

Quaecumque autem ex genere insectorum longioris sunt vita (namque exanguia universa sunt insecta) ijs subtransverso septo scissum quiddam est, ut per graciliorem membranulam refrigerentur. cum enim calidiora sint, maiori sane indigent refrigeratione. ut apes, nonnullae etenim apum ad septennium usque perveniunt: & alia praeterea quaecumque murmur edunt, ut vespa & melolontha, & cicada: spiritu enim quasi anhelantia sonum reddunt.

Quaecumque autem longioris vitae entomorum (exanguia enim sunt omnia entoma) his subdiazomate divisum est: ut per subtiliorem existentem pelliculam infrigidentur. Magis enim existentia calida, ampliori indigent refrigeratione, velut apes. Apum enim quaedam vivunt septem annis, & alia autem quaecumque vivunt ut puta vespa scarabei, & cicadae. etenim sonum faciunt spiritu, velut anhelantia.

Postquam Philosophus assignavit causam infrigidationis, & modum in animalibus, quae sunt brevis vitae, assignat causam infrigidationis in animalibus, quae sunt longae vitae. Et primo facit hoc, secundo causam quorundam assignat. ibi {In ipso enim}. In prima enim dicit quod animalia entoma, quae sunt longioris vitae, & sine sanguine. & dico bene sine sanguine, quia omnia entoma sine sanguine sunt. Talia autem animalia subdiazomate, quae & dicitur pellicula quaedam, quae dividit ipsa animalia a naturalibus, divisa sunt, & habent quandam pelliculam subtilem: & per illam recipiunt infrigidationem. illa enim pellicula primo infrigidatur, illa autem infrigidata infrigidantur alia usque ad illam partem, in qua est primum principium caliditatis. & cum ista animalia sint magis calida quam illa, de quibus dictum est, quia sunt longioris vitae, maiori indigent refrigeratione. Talia autem animalia sunt sicut apes, quae inue-

Duplex...

Entoma...

niantur vivere septem annis: & omnia illa, quae in motu suo faciunt quandam sonum, sicut vespa, scarabei, & cicadae: faciunt enim sonum quendam, sicut anhelantia.

Apes sunt longioris vitae.

Secundo ibi.

Cum enim in ipso septo transverso immatus spiritus attolitur & deprimitur, evenit ad pelliculam attritum fieri: si quidem baud secus hunc movent locum ac illa quae extrinsecus pulmone spirant: & pisces branchijs. Similiter namque accidit, ac si quis obstructis faucibus spirantium suffocet quodpiam. haec enim pulmone hanc efficiunt elationem, verum ijs quidem non idoneam motus eiusmodi affert refrigerationem, illis vero idoneam.

N. LEON.

In ipso enim succinctorio insito spiritu eleuato & depresso accidit secundum pelliculam fieri detractionem. Movent enim locum hunc quemadmodum respirantia desoris pulmonem & pisces branchias. Simile enim accidit & utique si quis aliqua respirantium suffocet os tenens, etenim hoc faciet pulmone eleuationem hanc. Sed his quidem non sufficientem facit talis motus refrigerationem, illis autem sufficientem.

Reddit causam quorundam doctorum. Dixit enim quod animalia, quae motu alicuius particulae faciunt sonum, refrigerantur modo dicto. Deinde reddit causam motus, & soni. Et primo assignat causam motus, secundo causam soni. ibi {Et concussione}. In prima dicit, quod talia animalia entoma habent in succinctorio spiritum complantatum: iste autem spiritus quandoque movetur ad exterius, quandoque ad interius: ex quo accidit fieri depressionem & eleuationem talis particulae. Cum enim spiritus movetur ad exterius, eleuatur pellicula: cum eleuatur spiritus ad interius, deprimitur. Talia enim animalia movent partem istam, sicut animalia, quae respirant, movent ipsum pulmonem. Ita, quod, cum expirant, pulmo eleuatur, cum inspirant pulmo deprimitur. Similiter pisces secundum branchias moventur. cum enim attrahunt aquam, branchiae deprimentur, cum expellunt, eleuantur. Et accidit simile in huiusmodi animalibus entomis, sicut si in aquis aliquod respirantium animalium nitatur suffocare claudendo os, & nares: tunc enim animal suffocandum eleuat pulmonem, & pectus propter refrigerationis indigentia. Quod etiam videmus in epilepticis. Similiter animalia entoma propter refrigerationem moventur succinctorii: sed differentia est, quia in animalibus respirantibus talis motus tunc non facit sufficientem refrigerationem, in entomis autem sufficientem facit. Secundo ibi.

Entoma quae sunt longioris vitae quomodo de respiratione et inspirant.

Et attritu, ut diximus, ad membranulam bombium expriment, qualem per terebratos pueri efficiunt calamos. cum tamen imposuerint pelliculam: propter hoc etiam cantatrices canunt cicadae, calidae namque sunt, & scissum est illis subtransverso septo: quod utique non est scissum ijs, quae non canunt.


Differentia in motu inter entoma & animalia respirantia.

Et concussione ad pelliculam faciunt sonum, quemadmodum diximus qualem per calamos perforatos pueri quando superposuerunt pelliculam subtilem. Per hoc enim & cicadarum decantantes cantant. calidiores enim sunt, & diuisum est ipsis sub succinctorium: non cantantibus autem, hoc est non scissum.

N. LEON.

Declarat causam soni. Et dicit quod talia animalia ex concussione spiritus ad pelliculam cantant quendam sonum, sicut diximus, sicut nos videmus, quod pueri, cum apposuit subtilem pelliculam calamis perforatis faciunt quendam sonum. Similiter ista animalia per motum spiritus ad illam pelliculam subtilem ex percussione faciunt quendam sonum. Et per istum modum animalia, quae dicuntur cicadae

Parua naturalia S. T. K facientia



ficientia sonum & Cantantia cantant. talia enim animalia calidiora sunt aliis, & ideo motus spirituum maior est in illis, quam in aliis: & ideo talia sonant, & cantant. talia etiam animalia in succinctorio diuisa sunt. illa autem, quae non cantant, non sunt diuisa. Deinde cum dicit.

*At ex sanguine praeditis, quaecunque pulmonem quidem habet, verum cum exiguo sanguine, & fungosum, diutius sine respiratione vivere possunt, quoniam illorum multam elationem habet pulmo, cum parum habeat sanguinis & humidum. Peculiaris n. illius motus per multum tempus refrigerare sufficit, omnino vero non potest, sed a respiratione prohibita (vt dictum est prius) suffocantur. Exiccationis namq; interitus, qui defectu sit refrigerationis, suffocatio nuncupatur: & quaecunq; sic intereunt, suffocari dicuntur.*

Et sanguinem autem habentium & pulmonem, pauci tamen sanguinis habentium, & inanem, quaedam horum multo tempore possunt sine respiratione vivere: quia pulmo elationem habet multam, & paucum habet sanguinem & humidum. Proprius n. motus ad multum tempus sufficit refrigerant. Tandem enim non potest, sed suffocantur non respiratione, quemadmodum dictum est prius. Marcoris autem, quae propter non refrigerari corruptio, vocatur suffocatio: & sic corrupta suffocari dicimus.

Manifestat quaedam, Et facit duo. Primo manifestat illa, secundo ponit incidens. Ibi {Et animalium} Prima in duas s. m. q. duo manifestat. Secunda ibi {Quod autem non respirant} Dicitur fuit prius, q. quaedam animalia respirantia, diu possunt vivere sine respiratione, hoc manifestat in prima. & dicit q. quaedam sunt animalia, quae sanguinem habent & pulmonem, habent tñ pulmonē pauci sanguinis, & porosum, & cocauū: & talia diu possunt esse sine respiratione, & possunt vivere. Et ratio huius est, quia talia animalia habent paucam caliditatem: ideo modica indigent in frigidatione. Item pulmo in talibus animalibus porosus est, & concavitatem habet multam: & ideo multum potest recipere de aere in frigiditate calidum, & diu retinere. Quia igitur talia modicam caliditatem habent & pulmonem porosum, in quo multus aer recipitur, sufficit multo tempore ille aer ad refrigerandum: & ideo multo tempore possunt vivere sine respiratione, finaliter tamen non potest infringidare. Sed, si non respirent alium aerem, suffocatur, sicut dictum fuit prius, sed illa corruptio, quae fit propter defectum infrigidationis, dicitur marcor: & vocatur suffocatio, cum enim animalia moriantur propter defectum infrigidationis, dicimus ea suffocari. Secundo ibi.

*Quod autem ex animalibus non spirent insecta, tum dictum est prius, tum palam esset in pusillis animalibus, vt in muscis & apibus, in humore namque multo natant tempore, nisi is frigidus valde fuerit aut calidus, cum alioquin quo exiguas habent vires crebrius respirare exigant. Attamen intereunt isthaec, suffocariq; dicuntur, ventre repleto, eoq; corrupto humido, quod in transier so septo est. Quamobrem si in cinere commorentur, renouescunt.*

Quod autem non respirant entoma animalium, dictum est prius. Manifestum est autem & in paruis animalibus, puta muscis, & apibus, in humidis enim multo tempore viuunt: si non valde sit calidum, aut frigidum, quamuis modicam habentia virtutem spissius exigunt respirare, sed corrumpitur haec, & dicuntur suffocari repleto ventre, & corrupto humido quidem in succinctorio. Propter quod in cinere demorata, resurgunt.

Manifestat secundum quod dictum fuit, s. q. entoma animalia nō respirant. Et istud manifestum est in muscis, & apibus: possunt enim illa animalia diu vivere in humido, hoc autem non esset nisi in frigidarentur ab humido, si autem viuunt in humido & infrigidantur ab ipso, manifestum est q. non respirant. Et dico q. viuunt in humido calido vel frigido, si humidum non fuerit valde calidum, vel frigidum. Quamuis enim talia animalia modicam habeant caliditatem, tamen si respirarent, frequentius & citius respirarent, sed quia aliquis diceret, quod corrumpuntur in humido, & hoc non esset nisi respirarent: dicit quod ideo illa videntur esse mortua propter defectum respirationis. Sed quia aqua subintrat interius & humectat pelliculam illam, per quam fit infrigidatio: & per consequens hebetatur calidum, & apparet mortua, sed non est ita sicut apparet, quoniam, si ponantur in cineribus resurgunt & viuunt: hoc autem non esset, si fuissent mortua.

do, hoc autem non esset nisi in frigidarentur ab humido, si autem viuunt in humido & infrigidantur ab ipso, manifestum est q. non respirant. Et dico q. viuunt in humido calido vel frigido, si humidum non fuerit valde calidum, vel frigidum. Quamuis enim talia animalia modicam habeant caliditatem, tamen si respirarent, frequentius & citius respirarent, sed quia aliquis diceret, quod corrumpuntur in humido, & hoc non esset nisi respirarent: dicit quod ideo illa videntur esse mortua propter defectum respirationis. Sed quia aqua subintrat interius & humectat pelliculam illam, per quam fit infrigidatio: & per consequens hebetatur calidum, & apparet mortua, sed non est ita sicut apparet, quoniam, si ponantur in cineribus resurgunt & viuunt: hoc autem non esset, si fuissent mortua.

Deinde cum dicit. *Et eorum quae in humore viuunt, quaecunque carent sanguine, pluri tempore in aere viuunt quam sanguine praedita, & mare recipientia, vt piscium genera. Quoniam enim modicum habent calidum sufficiens est aer per extensum tempus refrigerare, vt ijs quae molliori teguntur crusta contingit, & polytis: non tamen omnino ad vitam sufficiunt, quoniam caloris sunt exigui. Nam ex piscibus plerique etiam in terra viuunt, verum immobiles, & defossi etiam reperiuntur. Quaecunque enim aut omnino pulmone carent, aut illum exanguem habent, rariori indigent refrigeratione. In carentibus igitur sanguine, quod aliis quidem circumfusis aer, aliis vero humor auxilio est ad vitam, haec tenus est dictum.*

Et animalium autem, quae in humido, quaecunque exanguia, pluri tempore viuunt in aere sanguinem habentibus et suscipientibus mare, vt puta piscibus, propter habere enim modicum calidum, aer est sufficiens ad multum tempus refrigerare: vt puta malacostracis, & polypodibus. Non tamen in finem sufficiunt ad viuere quia sunt pauci caloris. Quoniam & piscium multi viuunt in terra immobiles, tamen inueniuntur defossi. Quaecunque enim non totaliter habent pulmonem aut exanguem, rariori indigent refrigeratione. De exanguibus quidem igitur quod his quidem continens aer, his autem humidum auxiliatur ad vitam, dictum est.

Ponit quoddam incidens. Et est quod quaecunque animalia, quae viuunt in aqua, & sanguinem non habent, plus possunt vivere in aere quam animalia, quae habitant in aqua, quae sanguinem habent, sicut sunt pisces. quia enim talia animalia modicum calidum habent, sufficit eis paucus aer ad refrigerandum multo tempore, sicut sunt animalia, quae dicuntur malacostraca & polypodes. Finaliter tamen non sufficit infrigidatio per aerem, vt possint continue viuere, immo finaliter suffocatur: quia enim sunt pauci caloris modica indigent refrigeratione, illa autem fit per aerem. Quod autem sint aliqua talia, manifestum est. Inueniuntur n. multi pisces, qui habitant sub terra, & laeē ibi: & inueniuntur ibi a fodientibus. Vniuersaliter n. quae non habent pulmonem: aut quae habent sine sanguine, minus indigent refrigeratione. Et tūc recapitulat, & dicit, q. de animalibus non habentibus sanguinem, dictum est, q. q. busdam fit sufficiens infrigidatio per aerem, quibusdam per aquam, & fit hoc modo auxilium ad vitam.

LECTIO XIII.

Quae nam animalia respirent & quae nō: & de respirationis & refrigerationis organo agit, pulmone. s. & branchiis, quae non omni animalia in se ostenduntur.

Sanguine autem praedita animalia, & quae cor habent, sicut quidem pulmonem habent, omnia & sanum aerem recipiunt

piunt & cum respiratione, cum vero expiratione refrigerationem faciunt.

*Sanguinem autem habentibus & habentibus cor quaecunq; quidem ipsorum habent pulmonem, omnia suscipiunt aerem & refrigerationem faciunt per respirare & expirare.*

Postquam Philosophus determinauit de refrigeratione, & modo refrigerandi in animalibus non habentibus sanguinem. In parte ista determinat de refrigeratione & modo refrigerandi in animalibus habentibus sanguinem. Et diuiditur in duas. Primo ostendit quae animalia respirent, & quae non, & de organo refrigerationis & respirationis quae sunt, In secunda determinat. Ibi {De refrigeratione autem quomodo} Prima autem diuiditur in duas. Primo facit quod dictum est, In secunda soluit quandam dubitationem ibi {Circa cetacea} Adhuc prima in duas. Primo tangit quae sunt respirantia supponendo organa, secundo cum organa in respirando sint pulmo & branchia, ostendit q. nullum animal habet simul illa duo. Ibi {Simul autem pulmonem} Adhuc circa primum duo facit. Primo ostendit quae refrigerantur per aerem, secundo quae per aquam. Ibi {Quaecunq; autem branchias} Adhuc circa primum duo facit. Primo ostendit q. animalia habentia sanguinem & cor respirant, secundo ostendit hoc de quibusdam aquatilibus. Ibi {Vtuntur autem} Adhuc circa primum duo facit. Primo dicit q. habentia sanguinem & cor respirant, secundo quae sunt habentia pulmonem. Ibi {Habent autem pulmonem} In prima dicit q. quaecunq; animalia habent sanguinem, cor, & pulmonem, suscipiunt aerem ad sui refrigerationem. Et ratio huius est, quia animalia habentia sanguinem & cor caliditatem habent multam: & autem multum habent calidum indigent refrigeratione multa & frequenti, & ideo talia animalia indigent refrigeratione, sit aut non per aquam, quia si fieret per aquam, aut hoc esset, sicut in piscibus q. primo aliqua pars infrigidaretur, & deinde alia pars vlque ad cor, & istud nō potest esse: quia ista infrigidatio non est sufficiens, aut fieret, ita q. aqua ingrederetur, & isto modo non potest esse: quia aqua nimis est frigida & ingrossaret humidum: & extingueret calidum, quod est inconueniens. Non fit ergo infrigidatio per aquam, sed per aerem: ita q. fit eis infrigidatio per hoc, q. animalia inspirant & expirant. Item talia animalia propter multitudinem calidi indigent veloci infrigidatione, quare oportet q. fiat per id, quod cito possit penetrare ad interiora: tale autem est aer. penetrat enim per totum interiora per naturam humidi subtilis, quod in eo naturaliter inuenitur. Secundo ibi.

*Pulmonem autem habent illa, quae animal intra se concipiunt, ne dum quae tantum extra. Selache enim animal quidem pariuunt, sed non intra se. At ex ouiparis, illa quae pennas habent, vt aues, & quae corticosum habent tergus, vt testudines, lacerti, serpentes, illa namq; sanguine praedita: horum autem pleraq; fungosum habent pulmonem. Quamobrem (vt dictum est prius) rariori vtuntur respiratione.*

Habent autem pulmonē animalificancia in seipsis & non deforis solum. Selachea enim animalificant quidem, sed nō in seipsis & ouificantium pennata, vtputa aues & pholidota, puta tortuca, et lacerta, & serpentes. Illa quidem igitur sanguinem habentem: horum autem plurima & pulmonem habent inanem: propter quod & respiratione vtuntur rariis, quemadmodum dictum est prius.

Ostendit quae animalia habent pulmonem. Et dicit, q. animalium quaedam animalificant in seipsis, quaedam exterius. Illa quae animalificant in seipsis, habent pulmonem.

Quod sint quaedam animalificancia exterius solum, manifestum est. animalia enim quae dicuntur selachea, solum exterius animalificant primo ouificantia in seipsis, sicut dicit Philosophus in libro de Historiis animalium. Et ratio huius est, quia calidum habent modicum s. m. quantitatem sui corporis: propterea non sufficeret ad digerendum nutrimentum necessarium eis & fetui, si animalificarent in ipsis: propter quod primo ouificant in ipsis, deinde animalificant extra: vt statim fetus accipiat ab extra alimentum. Similiter animalia ouificantia, quae pennata sunt, animalificant exterius, & habent pulmonem, sicut aues pholidota, & tortuca, & serpentes, & lacertae habent pulmonem: sed differentia quaedam est, quia aues habent pulmonem plurimi sanguinis. illorum autem animalium plurima ipsum porosum, siue inanem: & ideo talia animalia rariis indigent respiratione, sicut prius dictum est. De inde cum dicit.

*Vtuntur autem & omnia quaecunq; in aquis degunt, vt hydrorum genus, & lutaria testudines, nec non ranæ & cocodrilli, testudinesq; insuper pelagicæ & terrestres, vitulique marini. Omnia n. isthaec, & huiusmodi etiam alia in sicco pariunt. Dormiunt autem cum in sicco, tum in humore, respirationis gratia ore exerto.*

*Vtuntur autem omnia & quaecunque morantur & faciunt vitam in aquis: puta ydrorum genus, & hirundinis quod ranarum & cocodrillorum, & tortuca marina, & terrestres, & boues marini. Omnia enim haec & talia pariunt in sicco, aut humido, extollentia caput propter respirationem.*

Ostendit quae animalia aquatilia vtuntur respiratione: & dicit q. multa sunt talia, quae viuunt aere ad refrigerationem, quae habitant in aquis, & viuunt ibi. Sicut genera hydrorum. Hydus est serpens, qui conuersatur in aquis, & tamen respirat: & quidam alij, qui dicuntur hirundines, & ranæ: & cocodrilli, & tortuca, quae in terra habitant, & boues marini, & omnes boues terrestres, quamuis nutriantur in aquis, tamen pariunt in terra. In humido autem existantia, omnia ista extollunt caput extra ipsum, quando indigent respiratione. Deinde cum dicit.

*Quaecunque autem branchias habent refrigerantur omnia aquam admittendo.*

*Quaecunque autem branchias habent omnia refrigerantur suscipientia aquam.*

Ostendit quae sunt illa animalia, in quibus sit refrigeratio per aquam. Et primo ostendit, q. habentia branchias infrigidantur per aquam, secundo manifestat illa, quae habent branchias. Ibi {habent autem} In prima dicit q. omnia animalia, quae branchias habent, refrigerantur per hoc q. suscipiunt aquam. Secundo ibi.

*Branchias vero habent selacheorum appellatum genus et alia, quae pedibus carent: eiusmodi autem sunt pisces oēs. Nam quaecunq; habent ad pinnularum similitudinem habent. Vtrum ex his, quae pedes habent vnum tam modo adhuc cognitorum habet branchias, is qui cordulus appellatur.*

Habent autem branchias genus vocatorum selacheorum & aliorum quae sine pedibus, sine pedibus autem, pisces oēs. etenim quae habent, secundum similitudinem alarum habent. Pedes autem habentium vnum habet branchiam visorum, vocatus cordillus.

Ostendit quae animalia habent branchias, & dicit genus animalium vocatorum selachea habent branchias & animalia, quae sunt sine pedibus. Omnes n. pisces sunt sine pedibus. Illi enim qui videntur habere habent ipsos ad modum alarum. Alae enim in piscibus sunt sicut pedes ingressibilibus. Parua naturalia S. T. K 2 bilibus.

N. LEON.

Solutio dubitationis

N. LEON.

Lect. septima huius libri.

N. LEON.

Deficit huius littera. Animalia aquatilia respiratione utuntur quae sunt.

N. LEON.

Quibus animalibus fiat respiratione per aquam.

N. LEON.

Animalia habentia branchias quae sunt.


Animalia cum moriuntur defectu infrigidationis, suffocari dicuntur.

N. LEON.

Animalia in aqua habent tantum plura possunt vivere in aere quae habent sanguinem non habent.

N. LEON.

Animalia habentia pulmonem quae sunt.



bilibus. Inter autem animalia, quae pedes habent, vnum est quod habet branchias, & dicitur cordillos. Deinde cum dicit.

Simul autem pulmonem & branchias habere adhuc visum est nullum. Causa vero est quoniam pulmo quidem refrigerationis illius est gratia, quae fit à spiritu, unde & nomen à spiritu receptione sumpsisse videtur. Branchiae vero ad refrigerationem sunt, quae fit per aquam. Vnum porro ad vnum eorum est instrumentum, & unica refrigerationis ratio omnibus est satis. Quoniam igitur naturam nihil frustra agere videmus: si autem duo essent, alterum certe frustra esset: iccirco alia quidem branchias, alia vero pulmones habent: vtrumque autem nullum.

Simul autem pulmonem & branchias habere nullum visum est. Causa autem, quia pulmo quidem gratia refrigerationis à spiritu est. videtur autem nomen accepisse pulmo propter susceptionem spiritus. branchias autem ad refrigerationem ab aqua. Vnum autem ad vnum oportum organum: & vna refrigeratio sufficiens omnibus. Quare quoniam frustra nihil videmus facientem naturam: duobus autem entibus alterum vtiq; esset frustra: propter hoc haec quidem habent branchias, haec autem pulmonem,ambo autem nullum.

Ostendit quod nullum animal simul habet branchias & pulmonem. Et facit duo. Primo facit quod dictum est, secundo remouet dubium. ibi. Quod autem ad esse? In prima dicit quod cum animalium quaedam habeant pulmonem, quaedam branchias, nullum est animal visum & notum, quod simul habeat vtrumque. Et causa huius est, quia pulmo est organum, per quod attrahitur aer ad refrigerandum caliditatem cordis. Unde pulmo nomen accepit à suscipiendo aerem: & istud verum est apud graecos, branchiae autem sunt instrumentum, per quod attrahitur aqua ad refrigerandum calorem cordis. Manifestum est autem quod vnum organum, per se & primo sufficit & ordinatur ad vnā operationē. & ideo ex vnitatis operationis concluditur vnitatis organi. cum igitur vna refrigeratio sufficiat omnibus animalibus, vel ab aere, vel ab aqua: & nihil facit frustra natura. si autem essent duo organa superflueret alterum: manifestum est, quod vnus animalis non potest esse nisi vnum instrumentum: & ideo propter hoc quaedam animalia habent branchias, quaedam pulmonem, & nullum habet illa duo. Secundo ibi.

Quoniam vero ad ipsam quidem esse alimentum vnumquodque animalium indiget: ad salutem autē refrigeratione, ad horum sanē vtrumque eodem natura vtitur instrumento.

Quod autem ad esse quidem, alimento indiget animalium vnumquodque: ad salutem autem refrigeratione, eodem organo vtitur natura ad ambo haec.

Remouet dubium. Quia dixit quod vnus operationis non potest esse nisi vnum organum: crederet aliquis quod natura non possit vti vno ad duo, hoc remouet, & f. d. Primo ostendit quod natura vtitur aliquo ad duo, secundo ostendit quod propter hoc non impeditur in operatione sua, ibi. Ad non impedire? Adhuc circa primum duo facit. Primo proponit, secundo manifestat. ibi. Quomodo quibusdam? In prima dicit quod cum animalia propter esse indigeant alimento: ad salutem autem animalis respiratione: manifestum erit quod natura eodem organo vtitur ad duo haec, scilicet ad esse, & ad salutem animalis. Secundo ibi.

Quomodo quibusdam in aliquibus lingua, & ad sapes, & ad loquendi visum sic in habentibus pulmonem, illo, quod os appellatur, & ad alimenti confectioem, & ad expirationem & respirationem. In his autem, quae pulmonem non ha-

bent & non respirant, os quidem ad alimenti confectioem ad refrigerationem autem ijs, quae refrigeratione indigent, branchiarum existit natura. Quo autem pacto praedictorum facultas instrumentorum refrigerationem efficiat paulo post dicemus.

Quomodo quibusdam lingua ad sapes, & ad interpretationem: sic habentibus pulmonem, vocato ore, & ad alimenti operationem & ad expirationem & respirationem. Non habentibus autem pulmonem, neque respirantibus: os quidem ad operationem alimenti, ad refrigerationem autem indigentibus refrigeratione, branchiarum existit natura. Qualiter quidem igitur dictorum organorum virtus sit cit refrigerationem, posterius dicemus.

Probat. Et dicit, quod sicut natura in quibusdam animalibus vtitur lingua ad duo, scilicet propter discretionē saporum. (lingua. n. discernimus sapes) & vtitur ipsa ad loquelam, ita in animalibus habentibus pulmonem, natura vtitur ore ad duo, scilicet ad susceptionem alimenti, vel digestionem, & ad expirationem & respirationem. In animalibus vero non habentibus pulmonem, nec respirantibus, natura vtitur ore ad susceptionem alimenti, & propter refrigerationem in his, quae ipsa indigent, sicut branchiae: & natura vtitur his in talibus animalibus. Sed quomodo virtus, & natura organorum facit ad refrigerationem, posterius dicetur. Deinde cum dicit.

Vt autem alimentum id non prohibeat, simili contingit modo, & ijs quae respirant, & illis quae recipiunt humorem. Ad non impedire autem alimentum, similiter respirantibus accidit, & suscipientibus humidum.

Declarat quod, cum natura vno & eodem organo vtitur in aliquibus ad duo: quod, cum vtitur illo ad vnum, quod non propter hoc impeditur ab altero. Et primo ponit intentionem suam, secundo probat. ibi. Neque enim? In prima dicit quod in respirantibus animalibus & suscipientibus humidum, nutrimentum, accidit alimentum suscipere non impediendo respirationem. Secundo ibi.

Minime n. cum respirant alimentum recipiunt: quod si secus, strangulari sanē contingeret de erranti alimento siue humido, siue sicco ad pulmonem per arteriam. post arteriam enim adiacet gula, per quam alimentum deuoluitur in eam, quem vocant ventrem. Quadrupedibus igitur & sanguine praeditis habet arteria quasi operculum, linguam illam, quam epiglottidem vocant. Aibus autem & his quadrupedibus, quae oia pariunt non adest. sed constructione id ipsum praestant. Cum n. alimentum capiunt, alia quidem claudunt, alia vero epiglottidem superimponunt. Delapso autem, alia quidem attollunt, alia vero aperiunt, & ad refrigerationem spiritum receptant.

Neque n. respirantes simul suscipiunt alimentum: alioquin accidit suffocari ingrediente alimento aut sicco aut humido ad pulmonem per arteriam. prius n. ponitur arteria, quam isophagus, per quem alimentum progreditur in vocatum ventrem. Quadrupedibus quidem igitur & sanguinem habentibus habet arteria velut operculum epiglottidem. Aibus autem & quadrupedum ouificantibus non inest, sed conelusione idem faciunt. Suscipientia n. alimentum, haec quidem claudunt, haec autem superponunt epiglottidem. Progresso autem, haec quidem attollunt, haec autem aperiunt & suscipiunt spiritum ad respirationem.

Probat hoc. Et primo hoc probat in respirantibus, secundo in non respirantibus. ibi. Habentia aut branchias? In prima dicit. Ita dictum est quod, cum natura vtitur vno organo ad duo, non propter hoc impeditur operatio vna cum

Pulmo quid sit. Branchiae quid sint. Vnius operationis non possunt esse nisi vnum organum.

N. LEON.

Solutio quaeritur suonis scilicet.

N. LEON.

Animalia re spirantia non simul suscipiunt alimentum, & respirant: quia si simul susciperent alimentum, siue siccum siue humidum, & respirarent, accideret animalia suffocari: quia cum susciperent alimentum, aliquid de alimento ingrederetur per arteriam vsq; ad pulmonem: quia arteria prius ponitur quam oesophagus. ponitur. n. in parte anteriori, & oesophagus in parte posteriori. Et propter hoc in quadrupedibus habentibus sanguine arteria habet quoddam cooperaculum, quod dicitur epiglottis: illud autem epiglottis cum attrahitur alimentum, claudit ipsam arteriam, ita quod nihil de alimento potest ingredi per ipsam arteriam. Cum autem fit inspiratio vel expiratio aperitur. In aibus autem & in quadrupedibus quae ouificant non est huiusmodi epiglottis: sed illud quod faciunt per epiglottidem, ipsum habentia, non habentia per conclusionem. Cum nulla suscipiunt alimentum concludunt arteriam: animalia autem quae habent epiglottidem ipsam claudunt arteriam: & cum alimentum iam progressum est ad interiorius, remouent epiglottidem: & inspirant aerem, alia vero aperiunt ipsam, & suscipiunt aerem ad infrigidandum. Secundo ibi.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

cum vtitur ad operationem aliam. Et huius causa est, quia animalia respirantia non simul suscipiunt alimentum, & respirant: quia si simul susciperent alimentum, siue siccum siue humidum, & respirarent, accideret animalia suffocari: quia cum susciperent alimentum, aliquid de alimento ingrederetur per arteriam vsq; ad pulmonem: quia arteria prius ponitur quam oesophagus. ponitur. n. in parte anteriori, & oesophagus in parte posteriori. Et propter hoc in quadrupedibus habentibus sanguine arteria habet quoddam cooperaculum, quod dicitur epiglottis: illud autem epiglottis cum attrahitur alimentum, claudit ipsam arteriam, ita quod nihil de alimento potest ingredi per ipsam arteriam. Cum autem fit inspiratio vel expiratio aperitur. In aibus autem & in quadrupedibus quae ouificant non est huiusmodi epiglottis: sed illud quod faciunt per epiglottidem, ipsum habentia, non habentia per conclusionem. Cum nulla suscipiunt alimentum concludunt arteriam: animalia autem quae habent epiglottidem ipsam claudunt arteriam: & cum alimentum iam progressum est ad interiorius, remouent epiglottidem: & inspirant aerem, alia vero aperiunt ipsam, & suscipiunt aerem ad infrigidandum. Secundo ibi.

Quae vero branchias habent, cum per illas humorem emiserint, ore alimentum corripunt: Arteria enim caret, quo fit ut eius gratia ex interlapso humoris non ledantur, sed si aqua in ventrem subintret: iccirco velociter expellunt, & identidem alimentum corripunt. Et dentes habent acutos: & omnia ferē ferratos illos habent, quandoquidem alimentum molliore non contingit.

Habentia autem branchias dimittentia per has humidum, per os suscipiunt alimentum, arteriam quidam n. non habent. Quare haec quidem igitur nihil vtiq; ledentur ab ea quae humidi decidentia, sed in ventrem ingredientem aqua. Propter quod velocem faciunt dimissionem & susceptionem alimenti, & dentes acutos habent, & omnia ferē sunt raro dentata. Non n. possunt comminuere alimentum.

Declarat idem in non respirantibus. Et dicit, quod animalia, quae branchias habent, per ipsas expellunt aquam ad infrigidationem: & per os suscipiunt alimentum. Talia n. animalia arteriam non habent, & ideo secundum partem illam non possunt ledi propter alimentum, vel humidum eadens, sed alimentum statim vadit ad ventrem. Unde auid & cito suscipiunt alimentum: & dimittunt in ventrem propinquum ori, & ideo dentes habent acutos, ut cito possint cibum terere, & mittere ad ventrem: & ideo parum terunt cibum, sed statim ipsum transfugiunt. Unde omnia animalia aquatica ferē sunt raro dentata: non potentia comminuere alimentum: & hoc est quod subdit. (Non n. possunt comminuere alimentum.)

LECTIO XIII.

Soluitur dubitatio, scilicet propter quid quaedam aquatiliū pulmonem habentium refrigerentur & alimentum capiant.

De his autem, quae in aquatiliū genere cetæ appellantur ambigere sanē quispiam possit: quando & illa non sine ratione se habent, ut de delphinis, & balenis, ceterisque; quaecumque id habent, quod fistulam vocant. Nam talia pedibus quidem carent, cum autem pulmonem habeant, accipiunt mare.

Circa cetacea autem aquatiliū dubitabit vtiq; quis. (habent n. & illa secundum proportionem.) vti putat circa delphinis & balenas: & aliorum quaecumque; habent vocatum canalem. Haec n. sine pedibus quidem sunt: habentia autem pulmonem suscipiunt mare.

Postquam Philosophus declarauit quae animalia respirant, & quae non, & de organis infrigidationis, in parte ista primo mouet quandam dubitationem, secundo soluit. ibi. Causa autem huius? Dubitatio est ista. Dicebatur superioribus quod animalia, quae branchias habent, refrigerantur aqua: branchias autem habent, quae sine pedibus sunt. Propter hoc ergo dubitabit aliquis circa animalia, quae dicuntur cetacea, in quibus omnibus inuenitur aliquod proportionale, vti puta circa delphinis, & balenas, & quaecumque; canalem habent, per quam expellunt aquam attractam cum nutrimento propter refrigerationem. Ista n. sunt non habentia pedes, tamen habentia pulmonem, & suscipiunt aquam maris: cuius oppositum dicebatur. Secundo ibi.

Dubium.

N. LEON.

N. LEON.

Solutio.

Delphini apparentes super superficiem aquae, & maris. Tempore n. tempestatis surgunt exhalationes de fundo maris, quae sunt causa tempestatis: & tunc excitatur calidum in delphinis & generantur spiritus calefacientes ipsos: & quia calidi est mouere, ideo contingit quod frequentius tunc moueantur super aquam, & apparent. Secundo ibi.

N. LEON.

Haec autem causa eius quod nunc dictum est: non n. refrigerationis gratia humorem accipiunt. Istuc nanque illis fit cum respirant. Habent n. pulmonem: quamobrem exerto ore dormiunt, et delphini etiam stertunt. Qui profecto si retibus capiuntur celerrime strangulantur, quoniam non respirant, & in aequorum isthaec stuant superficie respirandi gratia.

Causa autem huius, quod nunc dictum est: non n. refrigerationis gratia suscipiunt humidum. hoc quidem n. fit ipsi respirantibus, habent n. pulmonem. Propter quod & dormiunt extollentia os & stertunt delphini. Adhuc autem si capiuntur retibus, cito suffocantur, propter non respirare: & supernatantia videntur talia in mari propter respirationem.

Soluit istam dubitationem. Et facit duo. Primo n. soluit eam, secundo ostendit quod proportionale inuenitur in quibusdam alijs animalibus. ibi. Propter idem? Adhuc autē circa primum. d. f. Primo ostendit quod mare suscipiunt, & hoc per causam, secundo probat hoc per signum. ibi. Si gnium autem? Adhuc circa primum duo facit. Primo ostendit quod non recipiunt aquam propter refrigerationem. Secundo ostendit propter quod recipiunt. ibi. Sed quoniam necessarium? In prima dicit quod causa huius, quod dictum est, quod ista cetacea recipiunt mare, est, quia in talibus animalibus oportet calidum refrigerari si debeant saluari. talia autem non recipiunt aquam propter refrigerationem. talia n. animalia, cum suscipiunt aquam, cum hoc etiam respirant. Probatur etiam quod sint respirantia, quia habent pulmonem: & cum dormiunt tenent caput extra aquam, & stertunt, sicut apparet de delphinis. Hoc autem non esset, nisi respirarent. Item videmus quod si capiuntur retibus, & diu tenentur sub aqua, quod suffocantur: hoc autem non esset nisi respirarent. Item dicuntur delphini supernatant: hoc autem est, quia indigent respiratione. Et ideo contingit quod, cum mouetur ad fundum maris propter incrementum: & indigent respiratione, velocissime mouentur ad superius, & contingit quod totam nauem subuertunt, & possunt esse etiam signa tempestatis, cum frequenter apparent super superficiem aquae, & maris. Tempore n. tempestatis surgunt exhalationes de fundo maris, quae sunt causa tempestatis: & tunc excitatur calidum in delphinis & generantur spiritus calefacientes ipsos: & quia calidi est mouere, ideo contingit quod frequentius tunc moueantur super aquam, & apparent. Secundo ibi.

Verum quoniam necesse est in humore alimentum querere, intromissionem humorem eicere est necessarium. Et hanc ob causam omnia fistulam habent. aquam n. receptam, vt pisces per branchias, ita ista per fistulam egerunt.

Sed quoniam necessarium facere alimentum in humido, necessarium suscipientia humidum dimittere. Et propter hoc habent omnia canalem. suscipientia enim aquam, quent Parua naturalia S. T. K 3 admodum

N. LEON.

N. LEON.

admodum pisces, secundum branchias, huc secundum canalem remittunt aquam.

Huius autem rei signum est ipsius fistule positura: ad nalam enim sanguine pre dicitur partium tendit, sed ante cerebrum tacet, & aquam reddit.

Signum autem & positio canalis. ad nihil enim sanguinem habentem terminatur, sed ante cerebrum positionem habet & dimittit aquam.

Hanc etiam ob causam, que mollia vocantur aquam accipiunt, & que fragili integuntur crusta, ut qui carabi vocantur, & cancri. Horum namque refrigeratione indiget nullum.

Propter idem autem hoc suscipiunt & mollia aquam & crustata. Dico autem puta vocatos & locusta & cancri refrigeratione quidem. n. asporum nullum existit indigens. pauci caloris. n. est & exangue unumquodque ipsorum.

Ostendit qd proportionale invenitur in quibusdam animalibus. Et primo facit hoc, secundo recolligit determinata, ibi { De suscipere quidem } In prima dicit qd quedam animalia non respirantia, aquam suscipiunt non propter refrigerationem, sed propter eandem causam, propter quam & animalia. de quibus dictum est, quia talia habitant in aquis, & suscipiunt alimentum in aqua: & non possunt vivere sine aqua.

pra caput. Sed sepia & polypi emittunt ipsam per concauum, siue per canalem, que tendit ad caput. De istis autem animalibus diligentius dictum est in libro de Historijs animalium. In Quarto. n. de historijs animalium dicitur. Dimittunt autem assumentia aquam f m partem partem, cancri locusta aut secundum brachias. Secundo ibi.

De suscipere quidem igitur humidum, dictum est quod accidit propter refrigerationem. & propter oportere suscipere alimentum ex humido animalia que secundum naturam sunt aquatilia.

LECTIO XV.

Propter quid nonnulla animalia pulmonem habere dicantur.

De refrigeratione autem quomam fit modo, tum spirantibus, tum ijs que branchias habent post hac dicendum est.

Postquam Philosophus determinavit que animalia respirant & que non, & de organo infrigidationis, & dissolvit quandam dubitationem, in parte ista determinat causam, & modum respirandi. & primo dat intentione suam, secundo prosequitur. ibi { Quod quidem igitur & c. } In prima dicit qd post ea que dicta sunt, dicendum est quomodo, & qualiter fiat in animalibus respirantibus infrigidatio, & qualiter in non respirantibus, sed habentibus branchias. Secundo ibi.

Quod igitur ex animalibus spirant quecumque pulmones habent, dictum est prius. Quamobrem autem hanc habent partem nonnulla, & quapropter quecumque habent respiratione indigent?

Quod igitur respirant quecumque animalium habent pulmonem, prius dictum est. Propter quid autem hanc particulam habent quedam, & propter quid habentia indigent respiratione?

Prosequitur. Et primo assignat causam & modum infrigidationis in habentibus pulmonem, secundo in habentibus branchias. ibi { Habentia autem cor } Adhuc circa primum duo facit. Primo supponit quedam, & preponit duas quaestiones, secundo solvit. ibi { Causa habendi } In prima dicit qd dictum est sepius superius, qd animalia, que habent pulmonem, respirant: sed propter quid habent pulmonem animalia, & propter quid habentia ipsum indigent respiratione, dubitationem habet. Secundo ibi.

Causa quidem est quod habeant, quoniam prestantiora animalia copiosiora assequuta sunt caliditatem: simulq; necesse est animam sortita esse excellentiorem. talia namq; stirpium natura sunt prestantiora, quapropter quecumque sanguine exuberantem habent pulmonem & calidum, mole sunt ampliora: idq; quod inter animalia purissimo, & plurimo vitur sanguine, creta: maxime figur. a est homo: solusq; superiorem partem ad id, quod in universo eiusmodi est habere conspicitur, quoniam eiusmodi hanc habet partem. Et est ob rem ipsius essentie cum huic ipsi, tum reliquis causam id constituere debemus: perinde ac aliarum, quamcunque partium, habet igitur huius gratia.

Quarto d. H. I. p. 1. 1. 1.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

Causa

Calidit. pri. du. datur.

Calidit. est ex indig.

Animalia honorabiliora & perfectiora maiorem hanc hanc caliditatem.

Dubitatio d. g. l. 1. 1. 1.

Causa habendi quidem, quod honorabiliora animalium plerum assequuta sunt caliditatem. Simul enim necesse est & animam sortita esse honorabiliorem, honorabiliora enim hac quam natura plantarum. Propter quod & maxime habentia pulmonem sanguinem habentem & calidum maiora sunt magnitudinibus: & purissimo, & plurimo usum sanguine, animalium rectissimum est homo: & quod sursum ad totius sursum habet solum: propter talem habere hanc particulam. Quare & substantie & huic & alijs ponendum est causam ipsam, quemadmodum quacunque aliam particulam: habent quidem igitur gratia huius.

Solvit. Et primo solvit primum, secundo solvit secundum. ibi { Propter quid autem habentia } Circa primum duo facit, primo assignat causam quare animalia quedam habent pulmonem, qm propter abundantiam calidi. secundo assignat causam caliditatis & frigiditatis, & aliarum passionum in animalibus. ibi { Causa autem que ex necessitate } In prima dicit qd causa propter quam quedam animalia habent pulmonem est animalia. n. honorabilia, que etiam perfectiora sunt, maiorem caliditatem habent: habentia. n. animam necesse est habere caliditatem, sicut dictum est prius. ergo, ea que perfectiorem, & honorabiliorem habent animam, plus habent de caliditate. Unde & animalia plus habent de ipsa quam plantarum genus, quia honorabiliora & perfectiora sunt. Quod etiam apparet, quia propter hoc animalia habentia pulmonem cum multo sanguine, & per consequens cum multa caliditate, sunt maximi. i. absolute, & maiora alijs secundum magnitudinem. calidi. n. est extendere: & iterum propter hoc homo est animal habens plurimum sanguinem, & subtiliorem. Et propter hoc plus calidum & rectissimum est omnium animalium, & habet sursum ipsius, ad sursum uniuersi: quia pulmonem habet plurimi sanguinis. Quare animalia honorabiliora, & perfectiora maiorem habent caliditatem: caliditas. n. maior non est sine plurimo sanguine, plurimum autem sanguis in pulmone est. Quare multitudine calidi est causa subsistendi hanc particulam, s. pulmonem, & alias qualescunq; habent gratia huius, sicut arterie, & consimilia. Sic igitur apparet qd causa quare animalia honorabiliora, & perfectiora habent pulmonem, est multitudo calidi. Secundo ibi.

Per illam vero, que ex necessitate & motu est causam, talia constare animalia existimare debemus, ut multa, que non talia constare videmus. si quidem alia ex copiosiori facta sunt terra, ut stirpium est genus: alia vero ex aqua, ut aquatilia. Ex volucris autem & terrestribus, alia quidem ex aere, alia vero ex igne: singula autem in proprijs locis ordinem suum servant.

Causa autem, que ex necessitate & motu causa, oportet putare talia consistere animalia quemadmodum & non talia multa constituta sunt. hac quidem. n. de terra ampliori facta sunt, puta plantarum genus: hac autem ex aqua, puta que aquatilia. Volatilia autem & campestrium, hac quidem ex aere, hac autem ex igne: singula autem in proprijs locis habent ordinem ipsorum.

Assignat causam caliditatis in animalibus: & aliarum passionum. Et primo facit hoc, secundo reprobatur opinionem Empedoclis. ibi { Empedocles autem } In prima dicit qd putandum est causam, quam necesse est existere si res existat: quamvis non propter ipsam sit res, que etiam est causa motus naturalis secundum Antiquos Naturales, hoc est causam materialē: & sic subsistentem propter quod animalia sunt talia, puta calida, & quedam non talia, puta frigida vel humida, putandum est esse communia simpli-

cia, ex quibus componuntur primo. Videmus. n. quedam, que sunt terra, a dominio, quedam que aqua, quedam aeris, & quedam ignis. terra a dominio, sicut plantę magis: aque, sicut aquatilia. volatilia autem & campestrium, quedam sunt aeris, quedam ignis. & videmus quedam morari sub terra, quedam supra, quedam in aquis: quedam ut plurimum in aere. Istarum autem passionum in istis causa sunt elementa, ex quibus componuntur, ita qd in illis, in quibus terra dominatur, & qualitas terre magis dominatur, in quibus aqua qualitas aquę dominatur: & sic de alijs. Et quodlibet corpus mixtorum ordinem naturalem habet ad locum proprium, quem habet virtutem elementi dominantis in ipso. & per quem quidem ipsum movetur ad ipsum, & quiescit in ipso. Secundo ibi.

Empedocles autem non recte dixit asserens calidissima animalium & ignem habentia plurimum, aquatilia esse, naturalis caliditatis exuperantiam declinantia: ut, quoniam frigido & humido deficiunt, loco ipso contraria ad aquent, humidum enim minus est calidum.

Empedocles autem non bene dixit, hoc dicens, calidissima & maxime ignem habentia plurimum, animalia aquatilia esse, fugientia excessum eius, que in natura caliditatis: ut quoniam frigido & humido deficiunt, secundum locum saluentur contraria existentia. Quod enim humidum calidum esse minus aere.

Reprobat opin. Emped. Et primo ponit opinionem, secundo reprobatur. ibi { Totaliter quidem igitur } In prima dicit qd Emped. non bene dixit. Dixit. n. qd animalia aquatilia sunt calidissima, & maxime a dominio ignis. Et quia habebant excessum caliditatis fugiebant ad humidum, s. ad aquam, ut quia deficiunt quantum ad frigidum & humidum, propter locum contrarium ad quem mittuntur saluentur. Dixit autem quod aqua que est humida, est minus calida quam aer, & ideo aquatica ad aquam moventur. Secundo ibi.

Omnino igitur absurdum est quomam contingat modo eorum unumquodq; in sicco genitum locum mutare ad humidum, cum sepe pleraque illorum pedibus careant. Ille autem eorum a principio constitutionem comemorans, facta quidem fuisse in sicco dicit, fugientia autem pervenisse ad humidum. Totaliter quidem igitur inconueniens, quomodo contingit factum unumquodque ipsorum in sicco permutare locum in humido: sepe. n. & sine pedibus plurima ipsorum sunt. Dicens autem eam, que a principio ipsorum constitutionem, factam quidem esse in sicco ait, fugientia autem venire ad humidum.

Reprobat opinionem. Et primo facit hoc, secundo solvit rationem. ibi { Sed qualia } Prima in duas f m qd ponit duas rationes ad improbandum opinionem ipsius. secunda ibi { Adhuc autem } In prima dicit, qd totaliter inconuenienter dixit Empedocles, quia f m dictum eius, omnia aquatilia facta sunt in sicco: deinde moventur ad humidum, ut contrarietate loci ad quem mutantur, saluentur. Et quod istud sit inconueniens, manifestum est. Plura enim immo sepe omnia, sunt sine pedibus: quomodo ergo contingit qd primo facta in sicco moventur ad humidum, ex quo non habent pedes, non potest ut dicitur assignari ratio. Secundo ibi.

Preterea etiam neque calidiora terrestribus videri possunt: namq; illorum pleraq; omnino sunt exanguia: alia vero exiguum habent sanguinem.

Adhuc autem neque videntur calidiora existentia quam campestria: hac quidem enim exanguia omnino, hac autem pauci sanguinis ipsorum sunt.

Parua naturalia S. T. K 4 Ponit

N. LEON.

Opinio Empedoclis.

N. LEON.

Improbatur opinio Empedoclis.

N. LEON.

Ponit secundam rationem. Et dicit qd iterum manifestum est quod animalia aquatilia non sunt calidiora camp...

res. In prima dicit qd qualitas, quae causatur ex materia ipsorum animalium, sicut ex qualitatibus elementorum...

N. LEON.

Ceterum qualia sanè calida aut frigida appellare oportet...

Item si aliquid fiat ex glacie, non oportet qd ponatur in calido loco...

Legi quoniam Meteororum.

Passiones naturales sunt in duplici differentia.

Sed qualia quidem oportet dicere calida & frigida secundum seipsa consideratione sumpsit.

Quapropter arbores in aquis non nascuntur, sed in terra at qui eadem ratione in aqua...

Nitrum sit.

N. LEON.

Solvit rationem Emped. Et primo proponit quod intendit, qd modo aliquo bene dixit, alio modo non secundo...

Propter hoc arbores non in aqua nascuntur sed in terra, quamvis eiusdem rationis est in aqua...

N. LEON.

LECTIO XXVI.

Propter quid habentia pulmonem habentem multum sanguinem maxime respirant...

Solutio ad hanc questionem.

Cur autem quae habent pulmonem aerem admittant & spirant...

Propter quid autem habentia suscipiunt aerem & respirant...

Postquam philosophus declaravit propter quam causam quaedam animalia habent pulmonem...

Et dividitur in tres. In prima proponit quod intendit, in secunda probat...

In causa quidem spirandi pulmo est cum fungosus existat, & fistulis plenus...

Loca ubi de ipsius habitus exortu ad medullam talem.

Quae habentia pulmonem maxime spirant, quod enim calidius est ceteris indiget refrigeratione...

Quae habentia pulmonem respirant.

N. LEON.

Quae habentia pulmonem habentem sanguinem multum...

N. LEON.

Pulmo quomodo habeat colligationem ad cor.

N. LEON.

venit ad pulmonem ad cor, & ideo aer ad pulmonem per venas illas procedit ad cor. Quam autem colligationem habet pulmo ad cor, manifestum est ex Anatomia: & ex libro de Historijs animalium. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Refrigeratione igitur animalium natura indiget, ob animam in corde feruorem: hanc autem refrigerationem efficiunt quæcumque non modo cor habent ex aliis, sed etiam pulmonem.

Animam esse collocatam in corde quæ sit determinata in ipso corde tantum, sed quia ibi sunt virtutes eius principales, sicut sensitiuum primum & nutritiuum, sicut prius dictum est.

N. LEON.

Refrigeratione quidem igitur omnino indiget animalium natura, propter caliditatem animæ in corde. Hanc autem faciunt per refrigerationem quæcumque animalia non solum habent cor, sed etiam pulmonem.

Recapitulat. Et dicit quod manifestum est ex dictis, quod vnumquodque animalium indiget refrigeratione secundum suam naturam. hoc est propter caliditatem animæ, quæ est in corde. hoc autem fit per refrigerationem animalibus, quæ non solum habent cor, sed etiam pulmonem. Dicit autem animam collocatam in corde non quia substantia eius sit determinata in ipso corde tantum, sed quia ibi sunt virtutes eius principales, sicut sensitiuum primum & nutritiuum, sicut prius dictum est. Deinde cum dicit.

Quæ autem cor quidem habent, pulmone vero carent, vt pisces, quoniam aquatilis habent naturam refrigerationem aqua per branchias obeunt.

Habentia autem cor, pulmone autem non, quemadmodum pisces, propter aquatilis ipsorum naturam, aqua faciunt refrigerationem per branchias.

Asignat causam, & modum infrigidationis in habentibus branchias. Et diuiditur in duas in prima proponit quod intendit, secundo declarat. Ibi { Quomodo autem } in prima dicit quod illa animalia, quæ habent cor, sed non habent pulmonem, sicut pisces, infrigidantur per aquam, & per branchias, sicut per instrumentum. Per aquam quidem eis, quia est connaturalis: quia habent naturam aquatilis. Secundo ibi.

N. LEON.

Quo autem modo cordis ad branchias se habeat positura, visu quidem ex Sectionibus spectare oportet: ad accuratam vero certitudinem, ex Historijs cõtemplandum: vt summam autem nunc dicatur, hoc se habet modo.

Proportio inter branchias et pulmonem in habentibus branchias et pulmonem.

N. LEON.

Quomodo autem positio se habeat cordis ad branchias, ad visum quidem ex Anatomia oportet cõtemplari: ad certitudinem autem ex Historijs. Vt autem in summa dicatur, & nunc habet hoc modo.

Declarat suum intentum. Et diuiditur in duas. in prima facit quod dictum est, in secunda asignat convenientiam inter respirantia & non respirantia. Ibi { Eodem autem modo } adhuc circa primum duo facit. Primo tangit quid præsciendum est ad hoc. secundo manifestat propositum. Ibi { Videbitur quidem } in prima dicit quod in habentibus branchias branchiæ sic se habent sicut pulmo in habentibus ipsum pulmonem. Pulmo colligationem quandam habet ad cor ubi est principium calidi: quare & branchiæ in habentibus ipsas colligationem habent ad cor. Tunc dicit Philosophus quod quomodo cor se habeat ad branchias, & conuerso ad sensum apparet ex Anatomia, secundum certitudinem autem apparet Historijs animalium. Vt autem dicatur in summa, sicut sufficit ad propositum, cor colligationem habet illo modo quo dicitur. Secundo ibi.

Videri autem potest non eodem situm habere modo cor in terrestribus animalibus, & in piscibus, cum tamen ita se habeat: quo n. vergunt capita, eo cor cuspitem habet, quoniam autem non eodem vergunt modo capita in terrestribus animalibus & piscibus, os versus cuspitem habet cor.

Videbitur quidem, non eodem modo habere positionem cor campestrium animalium, & piscium: habet autem eo-

dem modo. quia n. vniuntur capita, hic cor acutum habet. Quoniam autem non eodem modo capita vniuntur campestribus animalibus & piscibus, ad os cor acutum habet.

Ostendit istam colligationem & modum refrigerandi. Et primo remouet quandam opinionem, secundo assignat colligationem, & modum refrigerationis. Ibi { Tendit autem } in prima dicit quod alicui videbitur quod cor non eadem positionem habet in capeltribus & in piscibus: sed manifestum est quod aliquo modo eodem modo se habet, quia cor & in his & in illis positum est in medio superioris & inferioris. Adhuc omnia animalia acutum cordis, & orificium ipsius dirigunt ad partem illam, & in quæ capita vniuntur aliis membris, scilicet collum, & ad caput: vt ad caliditatem effluente ex orificio cordis frigiditas cerebri existens in capite mitigetur: & similiter frigiditas cerebri mitigetur alicuiusmodi calidum cordis, sed quia non eodem modo omnino se habent capita ad alias partes in piscibus & capeltribus: in piscibus enim magnis, deprimuntur inferius ab aliis partibus quæ in campestribus, ideo non eodem modo videtur se habere cor in piscibus & campestribus. in piscibus enim ad os, quod magis deprimuntur, magis videtur habere acutum eius. Secundo ibi.

N. LEON.

Tendit vero a summo cordis fistulæ veninaria ad medium vbi ad se inuicem omnes copulantur branchiæ. maximus igitur is est meatus, hincinde autem ex ipso corde alij tendunt ad singularum extremitatem branchiarum: per quos cordis refrigeratio subministratur, aqua semper per branchias recipiente.

Tendit autem ex extremitate cordis canalis, quasi vena & nervus ad medium qua contingunt inuicem omnes branchiæ. Maximus quidem igitur ista est. Hinc autem & inde cordis protenduntur & alteri in extremitate vniuscuiusque branchiarum, per quas refrigeratio fit ad cor: decurrente semper aqua per branchias.

Asignat colligationem & modum infrigidationis. Et dicit quod ab extremitate cordis protenditur canalis quedam, quæ est vena quedam, vel nervus ad medium, quod est inter ipsum cor & caput: vbi colligationem habent omnes branchiæ. ista autem nervus hic in isto medio maxime vnus est cor, & colligationem habens ad circumferentiam totam orificij cordis, ita quod ab vtraque parte cordis vna & nervi ad istud medium coniunguntur, & ibi fiunt vnus. ab hoc autem protenduntur aliquæ vnae vel nervi ad extremitates omnium branchiarum: & ideo infrigidatis branchiis per aquam, infrigidantur capita aliarum venarum, & illis infrigidatis infrigidantur consequenter partes alij illarum, & sic vsque ad illam canalem, vnde oriuntur, & illa infrigidata refrigeratur cor per aquam decurrentem, vel per alterationem factam ab ipsa. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Eodemque modo ijs, quæ spirantur sursum & deorsum frequenter mutatur peccus: cum accipientibus, tum extrudentibus spiritum: vt in piscibus branchiæ.

Eodem autem modo respirantibus thorax sursum & deorsum mouetur frequenter, suscipientibus speciem & emittebantibus, vt branchiæ piscibus.

Asignat convenientiam inter respirantia & non respirantia. Et diuiditur in tres & in quibus assignat convenientiam. secunda ibi { Et respirantia } tertia ibi { Et non potentibus } In prima dicit quod, sicut in animalibus respirantibus peccus eleuatur & deprimitur cum expirant & inspirant, sic & in piscibus branchiæ eleuantur cum emittunt aquam, deprimuntur autem cum attrahunt, & conuerso. Secundo ibi.

Et ea quidem quæ spirant in pauco & eodem strangu-

tur aere. Confestim enim vtrunque eorum fit calidum: sanguis namque contactus vtrunque excalfacit: calidus autem eum exilat sanguis refrigerationem prohibet.

Et respirantia quidem in pauco aere, & eodem suffocantur: velocius enim vtrunque priorum fit calidum. Calefacit enim sanguinis contactus vtrunque: calidus autem existens sanguis prohibet refrigerationem.

Dicit quod sic respirantia in pauco aere eodem cito moriuntur, quia ille aer inspiratus cito calefit, quia sanguis propter suam caliditatem calefacit ipsum: cum enim sanguis sit calidus prohibet refrigerationem, & ideo moriuntur. similiter pisces in eadem aqua, & pauca suffocantur quamuis non ita cito. Tertio ibi.

N. LEON.

Et, cum mouere nequeant spirantia quidem pulmonem, aquatilia vero branchias propter morbum, aut senectutem, tunc illis sanè accidit vite finis.

Et non potentibus mouere respirantibus quidem pulmonem, aquatilibus autem branchias propter passionem, aut propter senectutem, tunc accidit mors.

Ponit tertium. Et dicit quod, cum respirantia non possunt mouere pulmonem, & pisces branchias, quod potest contingere vel propter passionem aliquam, vel propter senectutem, tunc accidit mors propter defectum infrigidationis.

Causa immo habent bran- chias & pul- monem in pi- scibus & res- pirantibus quæ sit.

LECTIO XXVII

De causis vitæ ac mortis tam violentæ quam naturalis, earumque definitiones: Inuentus item, & Senectus, atque vigoris.

N. LEON.

Commune igitur omnibus inest animalibus generatio & mors: modi autem speciem sunt diuersi, non n. discriminis experti sunt corruptio, sed cõmune quiddam habet. Mors autem est altera quidem violenta, altera autem naturalis, & violentera quidem, cum origo extrinsecus fuerit: naturalis autem, cum intrinsecus. Et partis constitutio a principio tali, sed non aduentitia quodam passio. In stirpibus igitur hoc ipsum ariditas. In animalibus vero senectus vocatur.

Et quidem igitur omnibus animalibus cõmune generatio & mors. modi autem differunt specie. Non n. indifferens corruptio: sed habet aliquid cõe. Mors autem est hæc quidem violenta, hæc autem secundum naturam. Violenta quidem quando principium extra fuerit. Secundum naturam autem quando in ipso & partis consistentia ex principio tali, sed non aduentitia aliqua passio. Plantis quidem igitur ariditas, in aliis autem vocatur hæc senectus.

Postquam philosophus determinauit de infrigidatione & in animalibus habentibus pulmonem, & in animalibus habentibus branchias, in parte istas determinat de morte & vita, & iuuentute & senectute. Et diuiditur in tres partes. In prima determinat de his. In secunda recapitulat. Ibi { Quod quidem igitur } tertio infert corollarium. Ibi { Palam autem } Adhuc prima in duas. Primo assignat causam istorum, secundo assignat rationes, & definitiones. Ibi { Generatio } Adhuc prima in duas. Primo distinguit mortem, secundo causam mortis assignat cum dicit. { Omnibus quidem igitur } Circa primum duo facit. Primo distinguit, secundo ostendit quod non eodem modo inuenitur in omnibus. Ibi { Est autem mors } in prima dicit quod mors & generatio sunt cõia omnibus animalibus: cõia dico cõmunitate generis: modi autem corruptionum differunt specie. Cum enim mors in diuersis consideratur, modi eius differunt & in speciem & est eadem & in genus. Et generatio similiter, quia generatio est via in substantiam: & ideo rationem & speciem sumit ex substantia.

Ad quam est. Mors autem est via in non substantiam, vt in priuationem eius: sed priuatio speciei sumit ex habitibus: ideo corruptio rationem & speciem sumit ex illo. si igitur considerentur animalia vnus speciei, mors in eis est vnus speciei. Si autem differant specie & contendant genere, fit mors in illis eadem & in genus, differentiæ & in speciem. Et hoc est quod dicit. { Non n. indifferens corruptio } quasi diceret, corruptio, & in quod in diuersis consideratur, non est indifferens & in speciem, in vno & in speciem differt, & est eadem & in genus. Mors autem, & in eadem specie duplex est, quedam violenta, quedam & in naturam, & violenta dicitur cuius principium est ab extra. Nam violentum est cuius principium est extra non conferente vim passio. Naturalis autem est cuius principium est intra, vel in toto, vel in resistantia partis propter tale principium, si intrinsecum. potest n. contingere quod ad corruptionem partis totum corrumpatur a principio existente in illa parte, licet non sit aliqua passio ab extrinsecus, scilicet violenta. Et talis corruptio in plantis dicitur ariditas. in animalibus dicitur senectus. Et est considerandum quod natura duobus modis dicitur: vno modo dicitur de materia, alio modo de forma, & ideo aliquid potest dici naturale, quia natura materię: aliquid quia natura formæ. Modo dico quod corruptio non est naturalis, natura formæ, quia ipsam priuat, sed est naturalis natura materię, quia materia est in potentia ad formam, & ad priuationem formæ, & ideo est in potentia ad corruptionem formæ: ideo corruptio naturalis est natura materię. Vterius considerandum est quod in habentibus formam & materiam oportet esse aliquas dispositiones, sub quibus forma fit in materia, & in quibus materia patitur: & alias & in quibus forma agat, modo autem ita est quod ista dispositiones quandoque sunt in perfici, quandoque sunt in perfecto esse: ita quod cum sunt in perfici & fieri, & virtus est in perfici: cum autem sunt in perfecto esse, & virtus est in perfecto esse: cum autem incipiunt deficere & declinare ad non esse, & virtus corrumpitur. Tunc dico quod, si consideretur forma & in dispositiones, & in quibus est in materia, seu dispositiones illæ in perfici, seu in perfecto esse, corruptio non est naturalis nec natura materię, nec natura formæ: si autem consideretur & in quod dispositiones deficiunt & inclinatur ad non esse, sic corruptio est naturalis natura materię. Secundo ibi.

Mors duoplex

Natura duo- bus modis dicitur.

N. LEON.


Est autem mors & corruptio similiter omnibus non imperfectis: illis autem ferè similis, alio tamen modo: imperfecta autem apello vt oua, stirpiumque semina, quæcumque adhuc radices non habent.

Est autem mors & corruptio omnibus similiter non imperfectis: his autem assimilatum quidem, alio autem modo. Imperfecta autem dico, vt puta oua & semina plantarum quæcumque sine radice.

Declarat quod mors non est eiusdem rationis in perfectis, & in imperfectis. Et dicit quod mors inest omnibus animalibus perfectis & in vnâ rationem genere, tñ in imperfectis non est omnino & in rationem vnâ. Et ratio huius est. Mors rationem sumit ab illo a quo generatio, generatio autem rationem sumit a substantia, & etiam mors. Si igitur animalia perfecta viuunt, & imperfecta non sunt vnus rationis, nec mors in illis erit vnus rationis: tñ in imperfectis inuenitur & in quandam assimilationem, & proportionem ad perfecta. & exponit quæ sunt imperfecta: & dicit quod imperfecta sunt, sicut quæ, quod in potentia est animalis: & semina plantarum, in quibus non sunt radices in actu, sed in potentia tñ. Deinde cum dicit.

Mors nō est eiusdem ratio- nis in im- perfectis.

Omn-



N. LEON.

Mors autem in animalibus...

Quaedam animalia...

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

Omnibus igitur interitus aduenit ob calidi defectu: perse...

Omnibus quidem igitur corruptio fit propter calidi alie...

Assignat causam mortis. Et primo ostendit qd mors ac...

Assignat rationem mortis. Et primo ostendit qd mors ac...

Vita autem principium desinit ijs que id habent, cu cali...

Principium autem vite deficit habentibus, cum non re...

rint propter temporis longitudinem: desiccatis his quidem...

Assignat causam defectus calidi seu principii. Et primo...

Quapropter lenibus senectuti superuenientibus morbis...

Propter quod & paruis passionibus aduenientibus in se...

Quamobrem ea que in senectute accidit mors dolore, va...

Propter quod & sine tristitia est que in senectute mors...

Infert collarium. Et dicit qd animalia in senectute...

Infert collarium. Et dicit qd animalia in senectute...

Lect. quarta de iuuentute & senectute.

N. LEON.

In senectute...

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

nulla fit passio violenta, nec contra inclinationem, & ideo...

N. LEON.

Ex morbis preterea quicumque pulmonem asperum red...

Et infirmitatum quacunque faciunt pulmonem durum...

Secundum assignat rationem. Et dicit, qd bene dictu est...

Qua faciunt...

N. LEON.

N. LEON.

Generatio...

Vita...

Vita...

N. LEON.

N. LEON.

Iuuentes autem est prima refrigeratiue particula, au...

Ponit rationem iuuentutis & senectutis. Et est intelli...

Te. 62

Augmentis...

N. LEON.

Mors non...

N. LEON.

Mors natu...

N. LEON.

N. LEON.

pter impotentiam refrigerandi, qua accidit propter longitudo tempore. Deinde cum dicit.

Quid igitur est generatio, & vita, & mors, & quas ob causas animalibus insunt, expositum est.

Quid quidem igitur est generatio, & vita, & mors, & propter quas causas existunt in animalibus, dictum est.

Recapitulat. Et dicit, quod dictum est quid est generatio, & quid est mors, & propter quas causas ista insunt animalibus. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Palamque ex ijs etiam est quam ob causam spirantibus quidem animalibus in humore strangulare contingit, piscibus autem in aere. Iis etenim per aquam fit refrigeratio, illis vero per aerem: quibus utraq; priuatur dum loca commutant.

Palam autem ex his, & propter quam causam spirantibus quidem animalibus suffocari accidit in humido, piscibus autem in aere. Hic quidem n. per aquam refrigeratio fit, his aut per aerem: quorum utroq; priuatur permutantia loca.

Inferat ex iis corollarium. Et primo ponit ipsum, secundo repetit quod dixit de causa in frigidationis cum dicit. Causa itaque motus. In prima dicit, qd manifestum est ex praedictis propter qua causam animalia respirantia suffocantur in humido, & propter quam causam pisces suffocantur in aere: quia respirantibus fit in frigidatio per aerem, piscibus aut per aquam. Cum autem respirantia ponuntur in aqua pisces in aere, nullum illorum habet unde fiat ei in frigidatio sufficiens: & ideo propter defectum in frigidationis moriuntur, & suffocantur. Secundo ibi.

N. LEON.

Causa quinetiam motus alij quidem branchiarum, alij vero pulmonis, quibus elatis & depressis, alia quidem exspirant & inspirant, alia vero aquam recipiunt & eieciunt. Constitutio quinetiam ipsius instrumenti hoc se habet modo.

Causa itaque motus his quidem branchiarum, his autem pulmonis: quibus eleuatis & depressis haec quidem & exspirant & inspirant: haec autem suscipiunt humidum & emittunt. Adhuc autem consistentia organi, hunc habet modum.

Recolligit quod dictum est de causa in frigidationis. Et dicit, qd manifestum est ex dictis, qd causa in frigidationis animalibus est motus branchiarum in habentibus branchias: & motus pulmonis in habentibus pulmonem. Pulmonem eleuato, habentia ipsum inspirant: depresso autem ipso exspirant. Similiter eleuatis branchiis suscipiunt aquam pisces, depressis emittunt. Item, manifestum est quod natura & subsistentia organi hunc habent modum, qui dictus est.

LECTIO XVIII.

De Saltu, Pulsu, ac Respiratione, cordi accidentibus manifestibus multa dicuntur.

N. LEON.

Tria autem sunt quae cordi accidunt, quae eandem videntur habere naturam, cum tamen non habeant, palpitatio, pulsus, & spiratio.

Tria autem sunt accidentia circa cor, quae videntur eandem naturam habere. habent autem non eandem, saltus, & pulsus, & respiratio.

Postquam Philosophus ostendit causam in frigidationis in animalibus, in parte ista redit ad declarandum modum qualiter in frigidatio fit. Et, qua in frigidatio accidit propter motum cordis vel alicuius particulae iuxta cor, assignat causam motuum accidentium vniuersaliter circa cor. Et prioponit, secundo assignat causam. ibi. Saltus.

Propter quod accidit in frigidatio. Tria sunt accidentia circa cor.

In prima dicit qd tria sunt accidentia circa cor: quae videntur habere eandem naturam, tamen non habent. Illa tria accidentia sunt motus saltus, & motus pulsus, & respiratio. Videntur autem ista habere eandem naturam, quia sunt per motum eleuationis, & depressionis, non tamen habent quia fiunt a diuersis causis. Item saltus cordis innaturalis est, alij duo motus sunt naturales. Et potest sumi sufficientia eorum, quia motus accidens circa cor, aut est naturalis, aut innaturalis. si innaturalis sit, est motus saltus: si naturalis aut est secundum locum, & sic est motus pulsus: aut alteratio, & sic est motus refrigerationis. Secundo ibi.

Et palpitatio quidem est impulsus calidi quod in illo est, ob excrementitiam refrigerationem, vel colliquationem: ut in morbo, qui appellatur spasmos: & in alijs etiam agitudinibus, necnon in timoribus.

Saltus quidem igitur est constrictio calidi, quod in ipso propter refrigerationem superfluam, aut tabefactionem, ut puta infirmitate, quae vocatur spasmos, & in alijs infirmitatibus, & timoribus.

Dat causas istorum motuum, & diuiditur in partes tres. In prima dicit causam saltus cordis. In secunda dat causam motus pulsus. ibi. Accidens autem tertio dat causam respirationis. ibi. Respiratio. Prima in duas. Primo ponit causam, secundo manifestat eam. ibi. Etenim mentes. In prima intelligendum qd cum vnum contrarium circumdatur a contrario suo vnitur in seipsum, & fortificatur: sicut videmus de exhalatione inclusa in ventre nubis, qd coarctata a frigido circumstante vnitur in seipsum, & fortificatur. Item vnum contrarium nititur repellere contrarium. Unde videmus qd illa exhalatione inclusa in nube multa percussione nubem percutit, & scindit eam. Modo ita est qd in corde est caliditas. & ideo cum calidum cordis circumdatur a frigido, & congregatur in minorem locum nititur repellere frigidum. Dicit ergo qd saltus cordis no est aliud qd constrictio calidi existentis in corde. & hoc propter refrigerationem superfluam, aut mortificatiuam. Et est intelligendum qd saltus non est constrictio formaliter. unde in definitione ista ponit subiectum saltus & dispositionem propriam, & causam efficientem. subiectum saltus est calidum cordis. propria dispositio est constrictio ipsius, efficiens est frigidum superfluum, vel calefactiuum, vel mortificatiuum, sicut si accidit in infirmitate, quae dicitur spasmos, quae accidit propter constrictiorem vel repletionem neruorum. frigidum enim habet exiccare, sicut apparet in terra. Quia enim summe frigida, sicca est. Similiter accidit in alijs infirmitatibus, & in timoribus. Secundo ibi.

Etenim qui metuunt supernis frigescent partibus calidum autem refugiens & contractum motum efficit in angustum adeo aliquando compulsus, ut extinguantur animalia & intereant propter metum: & propter morbosam agitudinem.

Etenim timentes in frigidantur secundum superiora. Calidum autem fugiens, & contractum facit saltum in paruum constrictum: ita ut aliquando extinguantur animalia & moriantur propter timorem & propter passionem agitudinalem.

Manifestat causam. Et dicit qd timentes in frigidatur in partibus exterioribus. timor. n. non est aliud qd translatio causata ex comprehensione mali futuri contristantis, vel corruptentis, Et ideo contingit qd in timentibus calidum

N. LEON.

Contrarium cum a suo dicitur, ut in spiritu datur, ut in spiritu datur, ut in spiritu datur, ut in spiritu datur.

Saltus est dicitur.

Spasmos propter quod dicitur.

N. LEON.

Timor non se quae sit.

dum a partibus exterioribus reuocatur ad interius a frigido propellente. Unde quoadq; contingit eis ventris dissolutio, & qd mingunt. Calidum autem sic constrictum a frigido in paruum locum facit, quendam saltum in partibus inferioribus. Et contingit aliquando ita constringi calidum: quando, si frigidum fuerit excellens, ita ut calidum semper expellat & non propellatur ab ipso quod extinguitur calidum: quo extincto moriuntur animalia. contingit etiam hoc propter passionem aegritudinis calidum repellit, & extinguit, & quod moriantur tunc. Deinde cum dicit.

Morianur animalia aliquando propter timorem.

N. LEON.

Pulsus vero qui cordi accidit, quem semper & continuo efficere videtur, similis est apostematibus cum motum cum dolore faciunt, quoniam praeter naturam sanguinis est commutatio. Fit autem donec concoctus in purem transeat. Similis namque feruori ista est passio. Feruor enim fit humido a calidi vi in vaporem conuerso: effertur autem: quonia maior efficitur tumor. Quies autem in apostematibus si quidem non diffluentur. crassiori factio humoris est putredo. in feruore vero cum a continenti fit effusio.

Accidens autem pulsatio cordis quoniam semper videtur faciens continue, similis nascentis est, quae faciunt motum cum dolore propter praeter naturam esse sanguini permutatiorem. fit autem usquequo vtiq; sanies fiat digestus. est autem similis bullitioni haec passio. bullitio autem fit spumoso facto humido a calido. eleuatur enim propter amplorem fieri molem. quies autem in nascentis quidem si non exspirauerit spissioris facti humidum est putrefactio. bullitio autem excidentia per horizontes.

Assignat causam motus pulsus. Et declarat in simili. Et primo facit hoc, secundo recapitulat. ibi. Resaltatio. Adhuc circa primu duo facit. Primo ponit simile, secundo adaptat ad propositum. ibi. In corde autem. In prima dicit quod motus pulsus cordis, qui cordi accidit & fit continue assimilatur motui nascentiarum. Fiunt autem nascentiae ex congregatione humidum indigesti: quae quidem fit vel propter oppilationem, vel propter superfluitatem, vel propter causam attrahentem ad locum aliquem illud humidum. cum autem illud humidum grossum, & indigestum est congregatum, calor naturalis agit in illud humidum digerendo & resoluendo aliquid de illo in spiritum: ille vero spiritus pulsat ad exterius, deinde ingreditur ad interius: ista autem motus est cum dolore. & causa huius est, quia fit hic motus sanguinis praeter naturam cum sensu eiusdem. durat autem motus donec sanguis fuerit digestus & conuersus in saniem. Similiter ille motus similis est bullitioni. fit autem bullitio quando calidum agit in humidum, & resoluit in spiritum, qui mouetur ad exterius. spiritus enim ille mouetur, qui appetit maiorem locum. Motus autem qui fit in apostematibus duobus modis cessat. vno modo per expirationem, quando humidum non est viscosum, & partes ille in quibus est apostema sunt rarae, & calidum est potens resoluere, tunc expiratur tota materia, & cessat motus apostematibus. Alio modo cessat motus ille, si humidum sit grossum & viscosum non potens resolui. quando humidum conuersum est infaniam. Motus autem bullitionis cessat quando humidum est eleuatum vsque ad orificium vasis. Secundo ibi.

In corde autem humiditatis tumor ob caliditatem, quae ex alimento semper accedit, pulsus facit, quae vltimu cordis eleuat tunicam: & hoc semper fit & continue. semper

enim & continuo confluit humidum, ex quo sanguinis fit natura. cutis prima in corde est origo. Palam autem, id est in illius generationis initio, nodum enim distinctis venis sanguinem habens cernitur.

In corde autem semper accidentis humidum ex alimento per caliditatem tumefactio facit pulsus eleuata ad vltima tunicam cordis, & hoc semper fit continue. Assluit enim semper humidum ex quo fit sanguinis natura: primo enim in corde fit. Palam autem in generatione a principio, nondum enim distinctis venis, videtur habere sanguinem.

Adaptat per simile ad propositum. Et primo facit hoc secundo assignat causas proprietatum contrahentium motum cordis. ibi. Et propter hoc. In prima est intelligendum quod in corde est calor naturalis, ut probatum est supra. Item, necessarium est recipere alimentum continue, & calidum agit in alimentum subtiliando, & ipsum subtiliatum facit quendam tumorem. Dicit igitur quod calidum cordis, agens in alimentum, continue adueniens rarificat ipsum, & etiam resoluit: alimentum autem rarefactum & purificatum tumefactionem inducit. hunc autem motum facit pulsus in corde. humidum enim tumefactum eleuatur vsque ad vltimam tunicam cordis, & facit motum dilationis. Non potens autem vterius progredi redit ad interius: sed facta aliqua resolutione, fit motus constrictiorem. Et hoc fit continue per totam vitam animalis: quia alimentum aduenit continue, ex quo fit sanguinis natura in ipso corde principaliter. Quod potest esse manifestum consideranti generationem, quae fit a principio. Cum enim non sunt venae distinctae, nec membra formata, apparet sanguis in eo: & calidum naturale continue agit in ipsum rarefaciendo: rarefactio autem est causa motus pulsus, & ideo continue fit per totam vitam animalis talis motus. Est autem intelligendum quod calidum alterans alimentum in corde, non potest esse causa principalis motus cordis, & ratio huius est, quia motus cordis est per se animalis causa: quia motus cordis non est per accidens, sed per se. sed calidum non potest esse causa per se: calidi enim est alterare, subtiliare, resoluere, ad quae sequitur motus: quare calidum non potest esse causa principalis motus cordis. Praterea, quod fit a motu cordis non potest esse causa motus cordis: quia idem esset causa sui ipsius, quod est impossibile: quia motus cordis est causa caliditatis. augmentatur enim calidum propter motum cordis, quare calidum non potest esse causa principalis motus cordis. Item, motus primus in animali est motus cordis: hoc ergo oportet esse a causa prima & per se. Hoc non est calidum, nec sua actio: sua enim actio est alteratio, quae praesupponit alium motum. Et ideo dicendum est quod motus cordis per se fit a forma animalis habentis cor. Et ratio huius est, quia principalis operatio animalis debet attribui principali agentis, sed principalis operatio in animali est motus cordis: quare debet esse a causa principali in animali, hoc est ab anima. Anima igitur est causa principalis motus cordis. Unde sicut mixtus inanimatus debet ut aliquis motus, & etiam simplicibus elementis: & ferro debetur motus, quo mouetur ad magnetem, ita animali. Unde animali habenti perfectum cor debetur aliquis motus. hic autem est motus cordis, & quamuis anima sit causa principalis istius motus, tamen anima agit istum motum mediante calido. sicut enim ignis calefacit formam suam, tamen mediante caliditate, ita anima mouet cor, tamen mediante calido. anima igitur sensitiua causa est istius motus.

Ratio prima quod calidum alterans non sit causa principalis motus cordis.

Secunda ratio.

Tercia ratio.

Motus cordis per se fit a forma animalis habentis cor.



160  
tus, & causa principalis: & calidum est secundaria, & sicut instrumentum. Secundo ibi.

**N. LEON.** Et eam ob causam adolescentibus salit magisquam senioribus: fit enim iunioribus amplior exhalatio.

Et propter hoc pulsatur magis iunioribus quam senioribus: fit enim exhalatio amplior iunioribus.

Assignat causas quarundam actionum, & reddit causam duorum. Et secundum diuiditur in duas. Primo reddit causam primi, secundo secundi. ibi {Et pulsant} In prima dicit, Ita dictum est quod calidum subtilans alimentum causa est motus cordis, & propter hoc maior & fortior est motus pulsus in iunioribus quam in senioribus. & causa huius est, quia in iunioribus calidum maius est quam in senibus: & quia maius est plus eleuatur de spiritu seu exhalatione, quae sunt causa motus cordis: & ideo fortior est motus pulsus in iunioribus, quam in senibus. Et ideo bene. Medici per pulsum iudicant de calido, & de dispositionibus cordis. Secundo ibi.

**N. LEON.** Et omnes pulsant vena, & mutuo ad se inuicem, quoniam ex corde pendunt, mouet autem semper cor: quare & illa semper, & simul inuicem, cum mouet.

Et pulsant vena omnes, & simul inuicem propter ortas esse omnes a corde. Mouet autem semper. Quare & illa semper, & simul inuicem, quando mouet.

Reddit causam secundi. Et dicit quod, quia motus cordis fit in eo propter resolutionem spiritus ex alimento motu vsque ad tunicam exteriorem, accidit omnes venas moueri: quia omnes venae ortum habent ex corde; mouetur autem pars superior cordis, ex qua venae ortum habent, quare venae mouentur simul quando illa pars mouetur. Unde pulsus est humidus nutrimentalis purificatio, & est definitio materialis. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Resaltatio igitur est repulsus ad frigidum copulsus factus: pulsus autem humidus ex caliditate in spiritum conuersio.

Resaltatio quidem igitur est facta obuiatio ad frigidum constrictionem. Pulsatio autem, humidus caliditate spiritificatio.

Recapitulat. Et dicit quod manifestum est, quod motus saltus sit obuiatio calidi quae fit propter constrictionem factam a frigido. Motus autem pulsus fit, quia generatur spiritus ex humido calefacto, qui motus ad exteriorem tunicam cordis, causat motum. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Respiratio autem fit cum augetur calidum, ubi atricis animae est principium: nanque ut alia alimento indigent, sic & illud, & quidem magis quam alia. Id nanque alijs ut alantur est causa. Necessario igitur est, cum maius efficiatur, instrumentum attollere. Existimare enim oportet instrumenti illius habitum follium similem, qui in crarijs officinis. haud enim multum distat quin pulmo & cor tali consentent figura. bisidus enim esse debet, quoniam in medio virtutis naturalis atricem vim esse oportet.

Respiratio autem fit augmentato calido, in quo principium nutritiuum. Quemadmodum enim & alia indigent alimento ita & illud, & alijs magis, etenim alijs illud alimenti causa est. Necessario itaque amplius factum eleuare organum. Oportet autem existimare consistentiam organi simile esse follium, qui in crarijs. non longe a neq; pulmo, neq; cor ad suscipere figuram talem: duplum autem esse quod tale. oportet enim in medio esse nutritiuum naturalis virtutis.

Dat modum respirationis. Et diuiditur in duas. Primo

dat modum respirationis in respirantibus, secundo in non respirantibus. ibi {Eodem autem modo} Adhuc prima in duas. Primo dat modum respirationis in respirantibus absolute, secundo in habentibus pulmonem habentem multum sanguinem. ibi {Et maxime habentibus} Primo assignat modum motus inspirationis, secundo modum expirationis. ibi {Quemadmodum} Prima in tres. Primo ostendit modum, secundum quem necessarium est moueri pulmonem, secundo quomodo illo eleuato & dilatato necessarium est peccus moueri. ibi {Eleuato autem} tertio quo peccus eleuato attrahitur aer. ibi {Eleuato autem} In prima dicit quod motus respirationis propter fit augmentationem calidi ex humido in illa parte, in qua est primum principium nutritiuae partis animae: sicut enim alia partes indigent nutrimento, similiter & cor: & plus quia cor est causa alimentum alijs. Ex corde enim mittitur sanguis ad cetera membra, ex quo nutriuntur, & ideo cor causa est alimentum alijs. ergo ipsum nutritur, & magis. Sed calidum augmentatum eleuat organum respirationis. nam cum calidum augmentatum est mouetur cor per dilatationem, pulmo autem colligationem habet ad cor, & ideo augmentato calido eleuatur pulmo. Existimandum autem est pulmonem esse similem follium, nec multum distat figura ipsius a figura follium: nisi, quod in pulmone apparet figura follii duplicata, propter duas partes ipsius. eleuatur igitur pulmo amplior & maior factus per naturam calidi, quod necesse est esse cum primo principio nutritiuo, quod existit in medio ipsius animalis. Secundo ibi.

*Attollitur ergo maius factum: illo autem elato circumlectam eum partem attolli necesse est: quod sane spirantes facere videntur. Attollunt enim peccus, quoniam in illo existens partis huiusce principium, id ipsum facit.*

Eleuatur quidem igitur maius factum, eleuato autem necessarium est eleuari, & continentem ipsam particulam, quod quidem videntur facere respirantes, eleuant enim peccus propter ea quod principium existens in ipso huius particulae, idem hoc facit.

Ostendit quomodo pulmone eleuato & dilatato necessarium moueri peccus. Et dicit quod cum pulmo eleuatur, oportet quod illa particula, quae ipsum continent scilicet peccus eleuetur. Et istud apparet in respirantibus. videmus enim quod respirant & eleuant peccus, & causa huius est calidum, quod mouet pulmonem, cum enim pulmo mouetur, contingit partes propinquas moueri, ideo peccus mouetur. Principium enim huius mouetur est intratus sub peccore. Deinde cum dicit.

*Elato enim tanquam in folles, aerem extrinsecus admittere necesse est: qui, cum frigidus sit, & refrigerandi vim habeat, ignis sane exuperantiam restringit.*

Eleuato enim quemadmodum in folles, necessarium est intrare aerem, qui de foris, & frigidum existentem, & refrigerantem, extinguere excessum ignis.

Ostendit quomodo peccore eleuato necessarium est intrare aerem, & dicit, quod sicut videmus in follium quod ipis eleuatis necessarium est aerem intrare, ita peccore eleuato necessarium est aerem intrare. Et ratio huius est, quia pulmo porosus est: ideo multas vacuitates habet, cum igitur eleuatur oportet aerem subintrare, aliter esset ponere vacuum, quod esset impossibile. Intra autem aer frigidus, qui propter frigiditatem suam mitigat excessum caliditatis, Deinde cum dicit,

Et quemad-

**N. LEON.** Et quemadmodum illo excrecente hac attollebat, pars sic decrescere considere necesse est: quae depressa ingressum vicissim aerem exire cogit: qui ingrediens quidem frigidus est, exiens vero calidus propter calidi contactum, quod in hac consistit parte.

Quemadmodum autem excrecente eleuabatur hac particula: & decrescere, necessarium demittere: & dimisso exire aerem, qui ingressus fuit iterum ingrediens quidem frigidum, exiens autem calidum, propter tactum calidi existentis in particula hac.

Assignat modum motus expirationis. Et dicit, quod sicut, cum augmentabatur calidum eleuabatur pulmo: & depresso calido deprimebatur, ita necessarium est depresso calido ex pulmone, aerem exire, sicut eleuato subintrat. Item necessarium est intrare aerem frigidum: quia aer inspiratus calefactus est propter caliditatem cordis. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** In illisque praecipue, quae sanguine refertum habent pulmonem. In multis nanque quasi canalium incidere fistulas necesse est, quae in pulmone sunt: quarum penes quamquamque extenduntur vena, ut vniuersus sane videatur esse pulmo sanguine plenus.

Et maxime habentibus pulmonem sanguinem habentem, in multis enim velut canales & concauitates incidere eas quae in pulmone: quarum iuxta quamcunque protensa sunt vena, ut videatur totus pulmo esse plenus sanguine.

Ostendit modum respirationis in habentibus multum sanguinem, & intendit dare causam, quare illa magis indigent respiratione. Et primo facit hoc, secundo infert corollarium. ibi {Vocatur autem} In prima dicit quod respiratio maxime necessaria est in habentibus pulmonem, habentem multum sanguinem. Et ratio huius est, quia concauitates pulmonem habent quasdam canales, & iuxta illas sunt multae venae, ita quod pulmo totus plenus est venis: venae autem sunt vasa sanguinis: nec sunt sine sanguine, quare manifestum est quod in talibus totus pulmo plenus est, sanguine, si plenus sanguine, maximam caliditatem habet: sed quae maximam caliditatem habent maxime indigent respiratione: quare manifestum est, quod in talibus animalibus respiratio est maxime necessaria. Secundo ibi.

**N. LEON.** Et aeris quidem ingressus, spiratio vocatur: egressus autem exspiratio.

Vocatur quidem autem ingressus aeris respiratio: exitus autem exspiratio.

Infert duo corollaria, secundum ibi {Et semper} In prima dicit quod sunt duo motus contrarij, vno aer attrahitur, alio expellitur. Prius vocatur inspiratio. Secundus exspiratio. Secundo ibi.

**N. LEON.** Et semper id continuoque fit quo ad viuunt animal, moueritque id continuo. Ea propter inspiratione & exspiratio ne ipsa consistit vita.

Et semper utique hoc fit continue quamdiu utique viuunt,

& mouetur hac particula continue. Et propter hoc in inspirare & expirare est viuere.

Infert secundum corollarium, & dicit, quod necessarium est animalia quamdiu viuunt, & moueatur hac particula, respirare. Et ideo in talibus animalibus vita existit in respirando, & inspirando aerem. Deinde cum dicit.

Eodem etiam modo piscibus branchiarum fit motus. Cum enim calidum, quod in sanguine est, attollitur partium ministerio branchiae efferuntur, & illabitur aqua: quae simul ac per meatus ad cor descenderit, & ipsum refrigerant, & consistunt, & aquam emittunt. cum autem id quod in corde est semper attollatur, de nouo semper recipit refrigerationem.

Eodem autem modo & piscibus motus fit branchiarum. Eleuato quidem enim calido, quod in sanguine per partes, eleuantur & branchiae, & pertransit aqua. Descendente autem ad cor per poros & refrigerante, demittuntur: & emittunt aquam. semper autem eleuato eo quod in corde, semper suscipit iterum refrigerans.

Dat modum respirationis in non respirantibus. Et primo facit hoc, secundo recapitulat. ibi {De vita quidem adhuc} Circa primum duo facit. Primo enim facit quod dictum est, secundo infert corollarium. ibi {Propter quod} In prima dicit quod eodem modo fit infrigidatio in piscibus sicut in habentibus pulmonem. sicut enim in illis fit infrigidatio per motum eleuationis & depressionis pulmonis, similiter in piscibus fit infrigidatio per eleuationem & depressionem branchiarum. cum enim calidum in piscibus augmentatur, ipso eleuato per partes superiores coniunctas, eleuantur branchiae: & tunc subintrat aqua & refrigerat calorem cordis. Cum autem aqua descendit per poros ad interius, infrigidat, & calidum mouetur ad interius, & deprimuntur branchiae & exit aqua. semper enim calidum quod est in corde cum eleuatur, suscipitur aqua, quae refrigerat calorem cordis. Secundo ibi.

Quamobrem ut illis in respirando vita & interitus est terminus, sic ijs in humore recipiendo.

Propter quod & illis eius quod viuere & non viuere finis est in respirare, & his suscipere humidum.

Infert corollarium. Et dicit, quod quia quamdiu viuunt animalia habentia pulmonem respirant & expirant, finis & causa eius quae est viuere & non viuere, consistit in respirare & non respirare. Similiter in habentibus branchias finis & terminus eius, quod est viuere & non viuere, est in suscipere humidum vel aquam & non suscipere. Deinde cum dicit.

**N. LEON.** Et de vita quidem & morte: & de ijs, quae huic cognata sunt disquisitioni, serè omnibus dictum est.

De vita quidem igitur & morte: & de cognatis huius speculationis, serè dictum est de omnibus.

Recapitulat. Et dicit quod dictum est de vita & morte: dictum est etiam de alijs, quae convenientiam habent & proportionem ad mortem & vitam serè.

Parua naturalia S. T. L. Arist.

Quare motus pulsus fortior sit in moribus quam in senioribus.

Pulsus quid.

Motus pulsus ex saltu quo fiant.

Motus respirationis quo modo fiat.

Pulmonis figura quae sit.

N. LEON.

Respiratio maxime necessaria est in habentibus pulmonem multum sanguinem.

Eleuato pulmone mouetur eleuatur cor.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

N. LEON.

Infrigidatio eodem modo fit in piscibus & in habentibus pulmonem.

N. LEON.

Viuere et non viuere in habentibus pulmonem consistit in respirare et non respirare.

N. LEON.



ARISTOTELIS

LIBRI DE SANITATE,

ET MORBO INITIUM.




De sanitate vero, morboque non solum Medici, sed & naturalis est causas quadamtenus dicere. Quatenus vero hi differant, & quatenus diuersa contemplan-

tur latere non oportet. Equidem quod confinis sit quodamtenus hæc Medici, naturalisque tractatio, & id quod efficitur testatur. Nam & Medici quicumque disertis ac diligentiores de natura dicunt. & principia inde sumere dignantur; & inter eos, qui de natura tractant, elegantissimi ferè vsque ad medicinalia principia desinunt.

Reliqua desiderantur.

Libros de Bona, ac Mala Fortuna, & de Causis Aristoteli adscriptos, quanquam in huius voluminis alijs impressionibus legerentur, nos tamen non sine ratione his addendos minime iudicauimus. Nam librum de Bona, & Mala Fortuna e Secundo Magnorum moralium totum fere descriptum esse legentibus constat: de causis vero ex his, quæ in eo traduntur, Metaphysicæ potius speculationis esse apertum est. Ne igitur studiosi hoc commodo se priuatos existiment, utrique (ubi reliqua edemus commentaria D. Thomæ quæ propediem emendatiora dabimus) suis locis appositi legentur. Libellum enim de Bona, ac Mala Fortuna Ethicorum libris, Opus vero de Causis libris Metaphysicorum ab eodem expositis in noua illorum nostra editione addemus.



SANCTI THOMAE

AQUINATIS ORDINIS

PRÆDicatorum.

De Motu cordis. Opus. XXXV.

In quo primo, An naturalis vel violentus eius sit motus ex aliorum sententijs inquiritur. hinc determinata veritate, diluuntur quæ contra ipsam apparenter adducta fuerunt argumenta.



VIA omne quod mouetur necesse est habere motorem, dubitabile videtur quid moueat cor: & qualis sit eius motus. Non enim videtur eius motus esse ab anima. ab anima enim nutritiua non mouetur: quia animæ nutritiua operationes sunt generare, alimento uti, & augmentatio, & diminu-

tionum quorum nullum motus cordis esse videtur. Hæc etiam anima plantis inest. Motus autem cordis animalium proprius est. Non etiam animæ sensitivæ motus esse videtur, nec intellectiua: quia intellectus & sensus non mouent nisi mediante appetitu. Motus autem cordis inuoluntarius est. Sed nec naturalis esse videtur, cum sit ad contrarias partes. componitur enim ex pulsu & tractu: motus autem naturalis ad vnam partem est: ut ignis mouetur tantum sursum, & terra deorsum: dicere autem motum cordis esse violentum est omnino extra rationem. Manifeste enim hoc motu subtracto subtrahitur siue moritur animal, cum tamen nullum violentum conseruet naturam. videtur autem hic motus maxime naturalis esse, cum vita animalis & hic motus se inseparabiliter consequantur. Dicunt autem quidam hunc motum naturalem esse non ab aliqua particulari natura animali intrinseca, sed ab aliqua natura est vniuersali, vel ab intelligentia, sed hoc ridiculum est. In omnibus enim rebus naturalibus propriæ passionis alicuius generis vel speciei aliquid principium intrinsecum consequuntur: naturalia enim sunt, quorum principium motus in ipsis est. Nihil autem proprium magis est animalibus, quam motus cordis: quo cessante perit eorum vita: sequitur igitur inesse ipsis animalibus aliquod principium talis motus. Adhuc, si aliqui motus in corporibus inferioribus ex natura vniuersali cauentur non semper eis adsunt, sicut in fluxu & refluxu maris patet, qui sequuntur motum Lunæ, & secundum ipsam variantur: motus autem cordis semper adest animalibus: non est ergo à causa separata tantum, sed ab aliquo intrinseco principio. Dicunt autem alij principium huius motus in animali esse calorem, qui per spiritum generatus mouet cor: sed hoc irrationabile est. Illud enim quod est in aliqua re principalius, oportet esse causam: principalius autem in animali videtur esse motu cordis, & magis contemporaneum vitæ quam quæuis alteratio secundum calorem, non ergo alteratio secundum calorem est causa motus cordis, sed potius e contra, motus cordis est causa talis alterationis. Vnde Philosophus, in libro de Motu animalium dicit: oportet quod futurum est mo-

uere non alteratione tale esse. Item animal perfectum, quod est mouens seipsum, maxime accedit ad similitudinem totius vniuersi. Vnde & homo, qui est perfectissimus animalium, dicitur à quibusdam minor mundus: In vniuerso autem primus motus est motus localis, qui est causa alterationis & aliorum motuum: vnde & in animali magis videtur motus localis esse alterationis principium quam e contra: vnde & Philosophus in Octauo Physico. hanc similitudinem sequens dicit, quod motus est vt vita quadam natura existentibus omnibus. Adhuc quod est per se prius est eo quod est per accidens: primus autem motus animalis est motus cordis: calor autem non mouet localiter nisi per accidens. per se enim calor est alterare, per accidens autem mouere secundum locum. Ridiculum igitur est dicere quod calor sit principium motus cordis, sed oportet ei assignare causam, quæ per se possit esse principium motus localis. Principium ergo huius considerationis hinc oportet accipere: quod sicut Philosophus dicit in Octauo Phy. quorumcunque principium motus in seipsis est, hoc natura dicimus moueri: vnde animal quidem totum natura seipsum mouet: corpus autem eius contingit & natura, & extra naturam moueri: differt enim secundum qualem motum quod mouetur eueniat, & ex quali elemento consistet. Cum enim animal mouetur deorsum est quidem motus naturalis & toti animali, & corpori: eo quod in corpore animalis elementum graue prædominatur, cuius natura est moueri deorsum. Cum autem animal mouetur sursum est quidem motus naturalis animali: quia est à principio eius intrinseco, quod est anima, non tamen est naturalis corpori graui vnde & magis fatigatur animal in hoc motu. Motus autem secundum locum in animalibus causatur appetitu & apprehensione sensitiva vel intellectiua, ut philosophus docet in Tertio de Anima. In alijs igitur animalibus totus processus motus naturalis est. Non enim agunt à proposito, sed à natura. Naturaliter enim hirundo facit nidum, & aranea telam: solius autem hominis est à proposito operari, & non à natura: sed tamen cuiuslibet operationis suæ principium naturale est. licet enim conclusiones scientiarum speculatiuarum & practicarum naturaliter sciat, sed ratiocinando inueniat: prima tamen principia indemonstrabilia sunt ei naturaliter nota, ex quibus ad alia scienda procedat. Similiter ex parte appetitus, appetere vltimum finem, qui est felicitas hominis, est homini naturale, & fugere miseriam: sed appetere alia non est ei naturale: sed ex appetitu vltimi finis procedit in appetitum aliorum. Sic enim est finis in appetitibus, sicut principium indemonstrabile in intellectualibus, vt dicitur Secundo Phy. Sic ergo cum motus omnium aliorum membrorum ex motu cordis causetur, vt probat Philosophus in libro de Motu animalium: motus quidem alij possunt esse voluntarij, sed primus motus qui est cordis, est naturalis. Oportet autem considerare quod motu, sursum est naturalis. igni, eo quod consequitur formam eius. Vnde & generans, quod dat formam est per se mouens secundum locum. sicut autem formam elementi consequitur aliquis motus naturalis sic, nihil prohibet alias formas sequi alios motus naturales. videmus enim quod ferrum naturaliter mouetur ad magnetem, qui tamen motus non est ei naturalis secundum rationem grauis & leuis, sed secundum quod habet talem formam. Sic igitur & animal in quantum habet talem formam, quæ est anima, nihil prohibet habere aliquem motum naturalem, & mouens huc



DE NATURA LUMINIS,

lux est necessaria ad videndum ex parte ipsius coloris. Dicunt autem quod color non habet virtutem ut moueat dyasum, nisi prope. Et huius signum dicunt, quia ille, qui est in obscuro, videt quae sunt in lumine, & non econuerso. Rationem etiam adducunt ad hoc quod oportet, cum visus sit vnus quod visibile non sit nisi per vnam rationem; quod non esset si color esset per se visibile. Sed hoc est manifeste contra Aristotelem Secundo de Anima, qui dicit, quod color habet in se causam essendi visibile. Vnde secundum sententiam Aristoteli, dicendum est, quod lumen ad videndum est necessarium non ex parte coloris, eo quod facit colores esse actu, ut quidam dicunt: est enim tantum in potentia cum est in tenebris, sed est ex parte dyasani, in quantum facit ipsum esse in actu, ut dicit Aristoteli. Ad cuius euidenciam considerandum est quod omnis forma in quantum huiusmodi est principium agendi sibi simile, unde, cum color sit quaedam forma ex se habet quod causet sui similitudinem in medio. Sed tamen sciendum est quod differentia est inter virtutem perfectam, & imper-

fectam. Nam forma, quae est perfecta virtutis in agendo, non solum potest inducere suam similitudinem in suo susceptibili, sed etiam disponere patiens, ut sit proprium eius susceptiuum; quod quidem non potest facere forma imperfecta, cum sit imperfecta virtutis, dicendum est ergo quod virtus coloris in agendo est imperfecta ratione luminis. Nam color nihil aliud est quam quaedam lux quodammodo obscura ex admixtione corporis. Vnde non habet virtutem ut possit illuminare dyasum; quod tamen potest facere lux pura. Ex quo etiam patet, quod cum lux sit quodammodo substantia coloris, ad eam reducitur omne visibile actu. Nec oportet quod color per lumen extrinsecum fiat actu visibilis. Quod autem colores illuminati videntur ab eo, qui est in obscuro, contingit ex hoc quod medium illuminatur; & hoc sufficit ad visus immutationem.

Opusculi de Lumine finis.

Commentariorum Diui Thomae Aquinatis, & Petri de Aluernia in Parua Naturalia  
Aristotelis: & eorum quae ad haec spectare visa sunt, finis.

Series chartarum,

a B C D E F G H I K L.

Omnes sunt quaterniones, praeter a L. duerniones.

Venetiis apud Hieronymum Scottum.

M D L X V I.

